HISPANIÆ

Cum Inſulis eò ſpectantibus & in

EUROPA

Sitis compendioſa

DESCRIPTIO.



Trajecti ad Rhenum,

pis GISBERTI à ZYLL, &

HEODORI ab ACKERSDYCK, 1568.



HISPANIÆ DESCRIPTIO.

EUROPÆ, (terrarum orbis longè celebratissimæ partis,) *Regiones* optimæ sunt *Hispania*, *Gallia* & *Italia*, sitæ inter gradus latitudinis 36. & 50. loco omnium temperatissimo, & ad omnes omnis generis fruges & fructus producendos ac maturandos commodissimo *incolæ* quoq; *earum regionum* ceteris nationibus politiores sunt, ingenioque, comitate, elegantiâ morum & virtute quadam externâ gratiosâq; feliciores; quid in cultu, vestitu actioribus deceat, quæ Veneres & lepores in sermone & gestu conveniant compositè exprimentes.

Prima harum *situ* est *Hispania*, ab Hispano Rege, vel potius ab Hispali, Urbe quondam ejus Principe, nuncupata; Audit & *Iberia* ab Ibero fl. eam perluente: item *Hesperia* Græcis dicta fuit, quia occidentem versus ipsis sita est: undiq; *Situs ejus.*

 vero

Hispania. vero Oceano, fretoque Gaditano ab mari interno cingitur: nisi quod, versus septentrionem, exiguam ejus partem Pyrenæi montes ab Gallis discriminent: *sita* est inter gradus Longitudinis 7 & 21, Latitudinis 36 & 44. Unde optima hic omni tempore temperies: hiemes mites, æstates Serenæ, auræque marinæ, terrestres spiritus vehementiores dispescentes, aërem reddunt saluberrimum: Incredibilis passim frugum ubertas, maximè versus austrum, ab fluviorum & pluviarum tempestivarum fæcunda irrigatione: *Mala* aurea, citria, Punica, Granata, ficus, Cappares, Asparagi hic abundant; *Olei* optimi affluens copia est: *Herbæ*, radices, lactucæ, raphani opipara nobiliorum sunt opsonia; qui tamen, cæpis & porris abstinere, vel Aula Regiâ per octiduum cedere, sub pœna jubentur lege Alphonsi: sunt & *Salinæ* plurimæ & eximiæ: & admiranda, eorum quæ in visceribus terræ generantur latentque, fertilitas: *Metallis* Auri, Argenti, Æris, Ferri, stanni, plumbi passim scatet: Auri tamen & argenti effossio lege prohibita, donec Indiæ affatim suppeditant. *Equos* & *Mulos* alunt optimos Andalusia, Asturia, Lusitania

Fertilitas.

tania & Castilia. *Verveces* pingues Madritum confert: *Bubulæ* tamen & *Vitulinæ* carnes raræ hic & caræ: *Galli* vero *Capi* & *volatilia* copiosa sunt: *vino* ubique affluit, quod tamen hic sapore est asperiore & ingrato, quia utribus suillis sordidè satis immittitur: ad mare vero internum, ubi doliis includitur, & ad septentrionales regiones transmittitur, mitius est & magis gratum. Verum & ea pars Hispaniæ quæ Arctum spectat frigidior est & asperior; uti Oceano obnoxia, interiorumque aquarum indiga, ac rupibus ferè & saltibus occupata; malignæ ibi habitationes, & venti; per noctem inprimis insalubres: ita ut in multis Provinciis, Lusitaniâ præsertim ædes destituantur fenestris, lucem tantum per Portas apertas excipientes. *Hispania Fertilitas.*

Porrò *Hispania fere Montosa* est, eamque non nisi multis & pedibus permeare datur, curruum hic nullus usus, equorum rarus: *Silvas* cæduas habet complures, unde materies navibus struendis: & *Nemora* castanearum aliarumque arborum fructiferarum, egregiæ proceritatis: & in Andalusia Vivarium Ducis Medinæ Sidoniæ, cujus circuitus complectitur aliquot milliaria. *Montes.* *Silva.*

nia. *Fontes.* *Fontes* & *Thermæ* salubrium aquarum occurrunt crebræ, Solus ager opidi *Badajos*, ad Anam fl. siti, fontes numerat 1500. in Granatæ & Andaluziæ finibus (2. ab Antiquera mill.) *Fons* est *Petræ*, cujus aquæ potæ calculos dissolvunt & expellunt. Non procul ab urbe *Burgos* *Fons* est alvi profluvium sistens: & alius ibidem, sub pago Boëtio, ex alta rupe fluens binosque lacus implens, quibus eam vim confert, ut qui fluxu sanguinis laborant, ejus aquis loti statim sanentur. *Fluviis* sat multis Hispania irrigatur: sunt qui 150. numerant, sed non omnes sunt *Fluvii* navigabiles. Potiores qui in *mare internum* exonerantur sunt: *Latex*, qui infra Perpinianum in mare labitur: tum *Tholobis* vulgo *Tarderat* infra Gironam. *Rubricatus* vulgo Lobrègat prope Barcinonem: *Iberus*, navigabili commercio dives, infra Tortòsam: & infra Valentiam *Floribus & roseis formosus Duria ripis*, vulgo Guadalviar, id est, aqua pura, vocatur: *Sucro* dein, & Terebus: *Segura* infra Murciam: *Tader* Guadalentia prope Carthagenam: *Guadalquivireja* juxta Malagam. Qui *in Oceanum* exeunt, potiores sunt *Bætis*, hodie Quadalquivir infra Hispalim & juxta S. Lucar. *Anas* Guadiana (cujus aquæ insalubres) inter

Bæti-

Bæticam & Algarbiam exit, hic totus ad Medilinam opidum cuniculo se condit & post cursum 8. Mill. Germ. subterraneum, renascitur: *Tagus* Tajo, auriferis arenis clarus, mediam Lusitaniam secat & infra Lisbonam Oceano miscetur: *Munda* Mondego infra Conimbriam: *Durius* Duerò, Hispaniæ fl. maximus infra *Portum*: *Minius*, Mingo, intra Tujum &c. Pontes fluminibus instructi 700. & plures numerantur, quorum pauci lignei, plurimi ex vivo lapide, longi, lati & elegantissimæ structuræ: inter quos eminent Segoviæ aquæductus, & Pons Alcantaræ ad Tagum, & alii Romani operis, de quibus latiùs suis locis. *Hispania.* *Pontes.*

Divisa fuit *Hispania* ab Romanis, ex Ibero fl. *in Citeriorem* & *Vlteriorem: dein in Tarraconemsem, Bæticam* & *Lusitaniam* Provincias: sed Gotti & Vandali circa annum Christi 400. eam invadentes, *Provincias* in 3. *Regna distribuerunt:* Postea circa annum 720. Sâraceni cum Mauris invecti totam fere Hispaniam subegerunt, & eam in complura Regna partiri sunt. Christianis, id est Gothorum & Vandalorum reliquiis, in Asturiam ac Legionem, regiones situ munitas, compulsis: Qui deinde paulatim *Divisio Hisp.*

Hispania recuperatam Hiſpaniam in 14. *Regna discriminarunt* : nempe : *Caſtellam Veterem* & *Novam* , *Legionem* , *Gallaciam* , *Navarram* , *Andaluſiam* , *Granadam* , *Murciam*, *Arragoniam*, *Valentiam*, *Catalon:am*, *Inſulas Baleares*, *Portugalliam & Algarbiam*: Quæ omnia Rex Catholicus una cum extremis Regnis & Provinciis maximis pridem poſſedit triplici titulo: ſcil. *Regis Caſtella* , *Arragonia* & *Portugallia*.

Caſtella Regni append. Caſtellæ utriuſq;nomine tenet *Legionem*, *Gallaciam* , *Aſturiam* & *Navarram*, juxta oceanum fere ſita:& *Eſtremaduram*, *Andaluſiam*, *Granatam* & *Murciam*, juxta fretum Herculeum & mare internum: His accedunt in Europâ *Belgium* , *Burgundia* , *Mediolanum* : in mare Athlantico *inſula Canaria* : in Aſia ſive Indiis : *Philippina inſula*: Denique Americæ ampliſſima Regna & *Inſula ditiſſima* , quartam fere totius orbis partem complectentia &c.

Arragonia appendix. Arragoniæ nomine habet *Catalauniam* & *Valentiam*, *item Majoricam*, *Minoricam*, *Yvicam & Formenteram* , *inſulas Baleares vicinas* : his adherent *Sardinia Sicilia & Neapolis Regna*, & *inſula eis vicina*.

Portugallia appendices. PORtugalliæ & Algarbiæ accedunt *Azores ſive Flandrica Inſula* in Europâ ſitæ

sitæ: item in Africa *Septa*: *Tanger*: *Mazagaon*: *Porto Santo*: *Madera*; *castrum Arguin* *Insulæ Capitis Viridis*: *Serra Leona*: *castellum S. Georgii vulgò Mina Insula Principis*: *Insula Ferdinandi da Pao*: *Insula S' Toma*: *Insula Annobon*: *Congo*: *Angola*: *Insula S. Helenæ*: *Sofalla*, *Arx Mosambicum*: *Insulæ Madagascaris pars*: *Arx Quiloa*, *Monbaza*: *Melinda Castrum*: in Asia hinc *Cojolat*: *Ormus*: *Dium*: *Damaon*: *Tarampor*: *Vaylite*: *Cacil*: *Bazaim*: *Tana*; *Chaul*: *Goa*: *Canonox*, *Avor*, *Bacelor*: *Mangalor*: *Calicut Cranganor*. *Cochim*: *Ceylaon Insula*: *Negapotaon*: *Castellum Bengala*: *Arx Pegu*: *Malacca*: *Moluccæ Insulæ*: *Banda*, *Macao*. & in America *Brasiliæ Capitanatus aliquot magni momenti, emolumenti & spatii*: Verum Portugalliæ Regnum Anno 1640. die 3. Decembris, Joannes Dux Bragantiæ ex improviso suscepit, Regeque invito hodie possidet.

Portu-gallia.

Portugalliæ autem (ut inde Hispaniæ Regnorum descriptionem incipiamus) Lusitania olim à Lusò Rege dicta, nomen habet à Portu Gallæciæ vicino; & præter Oceanum finibus suis contingit Gallæciam Castiliam & Adalusiam: sita sub gradibus longitudinis 7. usque 11. Latitudinis 37. usque 42. Aëre gaudet

Portu-gallia situs.

gallia. admodum salubri, ut qui ventis marinis
Ferti- multum eventilatur; *Solum ejus*, præser-
litas. tim Algarbiæ, magna sui parte montosum, fructus producit longè perfectissimos, oleique tantam copiam, ut quotannis supra 3000. doliorum in Belgium tantum evehantur. *Vino* quoque *& melle* abundat, nec minus frumenti haberet si agri industria Batavica colerentur. *Sericum* habet excellens, imprimis in regione Brigantina, *salis* quoque & pecorum copiam magnam: adeoq; *ora* ejus *piscosa* sunt, ut Decimæ piscium Soli duci Brangantiæ 22000. Ducatorum annuatim reddant.

Vrbes Porro *Civitates* continet 18. *opida*
& opi- *grandia* 414. *municipia* 200. & alia loca
da. infinita, quas *Aldeas* vocant opidis haut minora; inter illas, Metropoles numerantur 3. *Lisbona, Braga, Ebora*: Episcopales vero civitates 9. *Miranda, Porto, Coimbra, Lamego, Viseu, Guarda, Portalegre, Elvas* & *Leyria*. *Portus* Famosiores 3. Lisbonæ Setubal sive S. Yves, & Portus à Port.

Caput Regni primaq; Metropolis est *Lisbona*, veteribus *Olysippo*, de qua vul-
Lisboa gus ait: *Qui nõ ha vista Lisboa Nõ ha vista cosa boa*: urbs est etenim magna, populosa, negatiationibus & divitiis supra modum

modum affluens, ut quæ mercium ex Africa, Asia & Brasiliâ transvectarum promturarium est & unicum receptaculum: & *Portum* habet totius Europæ capacissimum, & 5. Castellis munitissimum tutissimumque: *Sita* est ad Tagi ferè ostium, loco commodo maxime & amæno; montes satis altos 7. totidemq; valles complectens: *Portisque* patens juxta Tagum 22. ad continentem 16. *Parochias* numerat 25. quæ à Nostra Sennora de olivis adjuram Sennuram de Venda usque, cum suburbiis 2. leucarum intervallo comprehenduntur: habet & 20. PP. & 18. Virginum Monasteria: Tantus è vicinis locis quotidie ad hanc urbem concursus est, ut credi vix possit, & à curiosis observatum sit, jumenta 4600 & plura, omnis generis fructibus & farinis onusta, eam ingredi; & quàm ea sit *populosa*, inde constare potest, quod in macello ejus quotannis mactentur 11000. bouum 10000. Ovium & caprarum 15000. carniumq; vectigal in singulos annos locetur 55000. ducatorum. *Vectigalia* vero quæ ex mercibus peregrinis, uti saccharo aliisque, persolvuntur, multò majora sunt, unde de *potentia* & opibus hujus civitatis cuivis facilè est judicare.

Portugalia.

Lisboa

Portugallia. Braga. Altera civitas Archiepiscopalis est *Bracara*, olim dives & potens, hodie parva nec potens, sed *Præsul* ejus & secularis urbis Dominus est, atque cum Præsule Toletano disputat de Primatu Hispaniæ: Sita est inter Durium & Minium fluvios, in regione, interamni inde nuncupatâ; amæna & pluribus hortis, pomariis ac viridariis exculta: meridiem versus Silvam habet Primatialem, perdicum & leporum venatione insignem: in cujus medio ferè fons limpidissimus: Extra Portam de sancto, *Ædicula* est *D. Annæ* sacra, quam 12. columnæ, ab Romanis olim variis in locis erectæ, & literis incisæ, exornant. Tertia Metropolis
Ebora. est *Ebora*, Romanis *Liberalitas julia* dicta, antiquitate & Academia celebris: sita in planitie, cincta montibus, qui rursus densis venustisque nemoribus ornati: campi subjacentes fertilissimi sunt & optimæ messis feraces, ita ut nihil nisi amnis hic deficiat.

Inter Episcopales urbis Prima nobis erit, nomine Academiæ ejus celeberri-
Coymbra. mæ, *Conymbria*, in rupe ad Mundam fl. amænè sita, uti quæ undique vinetis & olivarum silvis cincta dividitur, Munda fl. & rursus pulcherrimi operis Ponte jungitur: olim Regni caput fuit & Anno

no 1572. Rex Sebastianus *Aquaductum* ibi maximis sumtibus struxit, quo aqua limpidissima in urbem ducitur.— *Portugallia.*

Elvas, prope fines Andalusiæ & Castiliæ sita est non procul ab Ana fl. quæ uti nobilitate civium ac soli fertilitate postremas non fert, ita olei bonitate sine controversia primas obtinet: *Aquaductum* habet 1. mill. longum, qui magnitudine operis Segoriensem superat. Ceteræ sunt *Miranda* prope Durii fontes & fines Legionis, *Porto* ad ostrum Durii fl. prope quem altius ad Mundam fl. *Viseu* & juxta fontes ejus *Guarda*: *Lamego* ad Durium rursus: *Portalegre* prope Tagum: & *Leyria* inter Tagum & Mundam non procul ab Oceano: ab quo interius *Tomar* olim Neobantia: & inferius ad Tagi ripam supra Lisbonam *Santarenum*, olim Scalabis, cujus ager vini, olei & tritici ferax: infra Lisbonam *Betlëem* occurrit, opidulum *Templum* habens D. Virg. dicatum sumtuque incredibili extructum, Emanuelis Lusitaniæ Regis Monimentum. E regionæ Lisbonæ ad ostium Palmæ amnis, *Setubal* conspicitur, opidum Portu gaudens commodo, pisciumque captura divite, accedit candidissimi salis inexhausta copia, & ager tritici vinique optimi feracissimus. *Elvas.* *Porto.* *Santarem.* *Betleem.* *S. Yves*

Portugallia. Almerium. E Regione Sactaremi pagus est *Almerium*, in loco plano, qui à dextra & sinistra collibus latè cinctus frugum ferax, venatione amænus, hyeme salubris & regiis ædibus nobilis est, ubi Reges hiberno tempore propter aëris temperiem vitam degere consueverunt. Bragantia. *Bragantia*, licet Cathedralem ecclesiam non habeat, civitatis tamen privilegio gaudet, caputq; est Ducatus opulentissimi, juxta fines Regni Legionis positi. Beia. *Beia* olim *Pax julia* ad Anam fl. sita, thermis saluberrimis clara est: &c.

Algerbia. Non longe hinc sequitur Algarbiæ Regnum angustissimum, 4. sub uno Episcopo habens civitates, quæ sunt *Tavila*, *Lagos*, *Silvis* & *Faro*, quarum duæ priores Portus habent, & Lagos nobile frequensq; opidum est: eisq;accedit Portus Villæ Novæ.

Madera insula. His Regnis accedunt, nec longe in Europæ finibus abjacent, *Insula Madera* & *Azores*, sive *Flandrica: illa*, sub gradu latitudinis 33. longitudinis 8. posita: vini adeo est ferax, ut Regi decimarum nomine quotannis 10000. vel 12000. pipas pendat: *Præcipua ejus urbs* est *Fonchel* Portu commodo & munito, ac sede episcopali collegioque Canonicorum nobilis; *Machico* alterum opidum Portu

quo-

quoq; gaudet: Ab hac 3. leucis dissita est *Insula Porto Santo* : & *alia* insuper deserta nil præter orchel & caprarum copiam producens. *Insul. Flandrica.*

ASores sive *Flandricæ* (ab inventore Flandro dictæ) insulæ sitæ sunt sub gradibus longitudinis 1. 2. 3. 4. 5. Latitudinis. 36. 37, 38. dicuntur & Falconum insulæ ab Accipitrum in iis copia: numerantur fere 9. quarum *præcipua Tercera*, 15. in ambitu mill. complectens, frumenti & vini, omniumq; ad vitam necessariorum abundans: præcipua mercium ejus est glastum: proximum insulanis lucrum est ex armentis, quæ Europæa specie ac pulchritudine longè superant. *Civitas* ejus *præcipua* & reliquarum quoque insularum Metropolis *est Angra*, Cathedrali Templo ac Gubernatoris &Tribunalis juridicia sede nobilis, & Portu unicè clara: *Secunda* dicitur *S. Michaëlis*, 20. mill. continens, glasti & tritici feracissima, sed importuosa & tempestatibus hyeme obnoxia: urbs ejus prima *Punta delgada*: *Tertia* est *S. Maria* 10. mill. ambitu patens, situ satis munita, & non, nisi figulinæ terræ commerciis celebris. *Gratiosa* amæna est & fertilis, sed quia ob exiguitatem sumtus ferre non potest, nullis præsidiariis *Insul. Asores sive Flandrica. Tercera. S. Michaël. Gratiosa.*

Castilia nova. S. Georgio. riis custoditur: *S. Georgii* montibus & silvis frequens, vinum quoque fert. *Fajal* à Fagis dicta Insula, 18. mill. ambitu suo complectitur, & omnium rerum copia abundat, & glastum hic quoque colunt insulani: urbs ejus *Dorta* Arcem habet.

Fajal.

Pico. *Pico* 15. mill. in longitudinem patet, estque fructuum præstantissimorum ferax, producitque lignum cedrinum copiosè, item pecora & multùm vini.

Flores. *Flores* à florum copia dicta, nihil commercio dignum fert, præter glastum, ideoque nullo præsidio custoditur. Huic Prope adjacet *Corvo* exigua insula ab corvorum multitudine dicta. Sed hæ duæ propriè non sunt è numero Asorum, licet uni Gubernatori pareant. Has insulas classis Hispanica, ex America & Indiis adveniens, adire solebat: dùm Regi parebant Hispaniæ.

Castilia. HÆc de Portugallia: Sequitur nobilissimum Castellæ Regnum, in meditullio Hispaniæ positum, ita ut limitibus suis omnia fere Hispaniæ regna contingat. *Dividitur* in *Veterem* & *Novam*, quæ altis montibus, separantur: *illa* Septentrionem versus sita includitur gradibus latitudinis 40. & 43. *Hæc* Australior gradibus 38 & 40. veterique prestat & cœli bonitate & fructuum omnimodorum copia;

copia: Pars tamen campeſtris Veteris *Caſtilia nova.*
juxta Durii fl. ripas, inter fertiliſſimas
Hiſpaniæ numerari poteſt.

Nova Metropolis Toletum eſt, Regia ſedes, centrum fere Hiſpaniæ obtinens, ad Tagum fluvium: urbs maxima & muniſſima ac nobilitate plena: quamvis & lanificio ſericoque 10000. fere hominum ſuſtententur: nam & mechanicæ hic artes & diſciplinæ vigent, civeſque ſunt induſtrii: *Academiam* quoque habet florentem, Sedemque Archiepiſcopi, qui & *Primas* Hiſpaniæ, & Magnus Regni Cancellarius eſt, quo inconſulto nihil fieri ſolet, nihilque decerni: & & primus poſt Regem ſententiam dicit: reditus ejus annui dicuntur eſſe 300000. ducatorum. *Templum* ejus Cathedrale omnium Hiſpaniæ auguſtiſſimum eſt & pulcherrimum, atque imprimis ſpectandum. Poſt illud Aquæductus artificioſiſſimus, Tagi aquas, per editiſſimam urbis partem, inſigni magnatum & civium commodo, diſtribuens: Tum *Palatium Regium* magnificentiſſimum, ab Carolo V. cæptum, nec dum abſolutum. Dein *Pons* unius arcus admirandus, Tago ſuperſtructus, Ceterum cœli ſolique egregia hic felicitas, licet terra levis ſit & arenoſa, raro pluat, rarique ſine *Toledo.*

fontes

Castilia nova. fontes & rivi: quà Tagus vero labitur vallis eſt admodum læta & fertilis ſed anguſta.

Alterum Regis Palatium habet *Mantua Carpetanorum*, hodie *Madritum*, aëris ſituſq; ſaluberrimi, ubi *Carolus V. Imp.* dies paucos commoratus, morbo quartanæ, quo diu laboraverat, eſt liberatus: rebus omnibus abundat, & gratum Regibus eſt domicilium, incolis hinc plenum, multiſq; primæ nobilitatis & equeſtris dignitatis viris illuſtribuſq; familiis nobilitatum: *Regium Palatium* anno 1617. in 3. habitationes diviſum fuit: additumq; *Armamentarium* & *Equile* Regium: eſt & locus ſpatioſus (*el Retiro* audit) ubi exercitia equeſtria, & velitationes taurorum exhibentur; opus Comitis d'Olivares. Eſt & hic *Collegium* ac *Academia PP. Soc. Ieſu* conceſſa, redituq; annuo 10000. ducatorum à Philippo 4. dotata. *Situs ejus* in clivo, cujus radices Xarama fl. alluit, ſaxeo Ponte pervius, & inde in Henarem ac cum eo in Tagum fluens: in circuitu ſunt Silicum Lapidicinæ, terminoſq; habet latiſſimos, campoſq; fertiliſſimos, quos *Matritios lumbos* vocant. Ab hinc 2. mil. occurrit *Pardo* Regis Hortus delitioſus: & 5. leucâ verſus occidentem: magnificum illud

Madrid.

illud & sumtuosum *Monasterium S. Laurentii in Escurial*, ord. S. Hieronymi, Philippi 2. Regis opùs: in quod 20. milliones auri impendisse dicitur: & quod meritò certarè potest cum omnium Veterum Templis, Theatris, Ampitheatris, Pyramidibus, Ludis, circis, Thermis, item Balneis, Sepulchris aliisq; variorum Regum & Principum monimentis: operi tanto vix quid est par, vix quid secundum: *Frontispicium* ejus versus occasum 3. superbit Portis, quarum *media* & primaria in Templum augustissimum, cœnobium Collegiumq; ducit: quæ *ad dextram* est in officinas Monasterio consecratas: quæ ad *sinistram*, in domos scholis destinatas: *Quatuor Angulos* totidem exornant, mirabiles arte Turres, quas etiam duæ superant ad ipsius Templi pedem, hinc inde fastu quodam consurgentes: supra ostium Templi, magnificæ stylobatæ, statuas sustinent ex marmore tophoque sex Israëlis Regum, pedes 18 altas. Ad Septentrionem Palatium Templo adsitum visitur, Regi Regioq; Comitatui commodissimè excipiendo paratum: Ad meridiem variæ sunt Porticus: *Hortus* instructus omnis generis herbis floribusq; & plurimis ornamentis: *Pomarium* gratissimis consitum

Castilia nova. S. Laurent. in Escurial.

Castilia nova. tum fructibus: item *Nosocomium, Pharmacopolium*, & alia; omnia stuporem spectanti injicientia.

Alcala des Henares. Hinc versus orientem Complurum, hodie Alcala des Henares, ab amne ejus muros lambente, denominata urbs se offert Academiâ & Bibliis Complutensibus celeberrima. Figura ejus ovalis, situs loco plano; *Plateam* habens insignis longitudinis, utrinque Porticibus ornatam: sub quibus frequentes ditesque mercatorum tabernæ: item *Templum*, cujus Canonici omnes Theologiæ Dd. sunt, Urbs hæc rerum omnium quibus humanus usus indiget, copiâ, suisque proventibus abundat adeò, ut nullis aliunde bonis opus habeat: Hinc altius ad

Guadalaira. Henaris fontes occurrit Guadalaira, urbs in colliculo sita, ædibus 1500. sat commodis instructa: & magnifica *Palatio* Armamentarioque *Ducis Infantatus*: cu-

Hita. jus & urbs est *Hita* paulo altius ad Henarem sita juxta editum collem, in cujus vertice Arx, unde non procul ab-

Cifuentes. est *Cifuentes*, à multitudine fontium nomen habens: Altiùs vero ad ipsos He-

Siguensa. naris fontes *Serguntia* conspicitur, urbs Episcopatu & Academia nobilis. Inde

Medinacali. proxime ad rivum est *Medinacali* jam olim ampla civitas & nunc *Ducatus caput*,


put, ad quem 80 circiter pagi pertinent. *Castilia nova.*

Cetera opida præcipua sunt *Arangivez* locus Regis delitiosus, qui à Tago & Xarama fluviis rigatur, multisque fontibus, hortis & arboribus fructiferis ornatus est: *Aranjives.* *Hipes* sedulis agricolis frequens: *Ocanna*, bellum municipium supra 3000. focorum numerans: *Ocanna.* *Talavera* ad Tagi ripam, salubri aëre & solo fæcundo posita: unde itur in *Prioratum Castellæ*. 13. magna municipia continentem: *Talavera la Reina.* inferius ad Tagum *Norba Cæsarea*, hodie *Alcantara*, se offert, opidum insigni conspicuum Ponte, venerandæ & antiquitatis & majestatis, in cujus ingressu extat Sacellum D. Juliani, habens limen superiùs inscriptum: IMP. NERVÆ TRAJANO CÆSARI AUGUSTO GERMANICO SACRUM: *Alcantara.*

Templũ in Rupe Tagi superis & Cæsare plenũ,
Ars ubi Materiâ vincitur ipsa suâ
Quis quali dederit voto fortasse requiret
Cura viatorum, quod nova fama juvat,
Ingentem vasta Pontem quod mole peregit
Sacra Litaturo fecit honore Lacer.

Ad fontem Sucronis fl. infra Valentiam in mare internum exeuntis, offert se *Cuença*, Sierræ ditionis caput, Rupes est aspera inter 2. flumina & montes, ædificiis optimis ornata & multis fontium *Cuença*

scatu-



lia nova. scaturiginibus: superius Aream habet, cui Cathedralis Ecclesia superstructa & *Palatium Marchionis Caneta* aliaq; ædificia.

Cinidad real. Inde versus occidentem, trans Anam fl. jacet *Civitas regalis* in planitie satis depressâ, cujus ager vineis fæcundus & optimi vini ferax est, sed aquæ fere insalubres sunt: *Almagrum* huic vicinum magnum municipium ab acidis fontibus ita dictum: item *Calatrava: Malagen:* & alia.

Almagro.

Sequitur hinc ad utramq; Anæ ripam, Portugalliæ fines usque, inter Andalusiam & Castiliam Novam, *Estremadura*, qui tractus *Beturia* legitur appellata: æstivo tempore extremæ siccitatis; & maximè per hiemem aprica & armentis occupata: Metropolis ejus Pax Augusta ad Anam fl posita, dives ficubus, malis aureis, oleis aliisq; fructibus, superba eminenti castello ac maxime munito: olim fuit Metropolis Emerita Augusta, quò Augustus (ejus conditor) milites emeritos dimittebat, altius ad Anam fl. sita: sed hodie nihil priscæ claritatis ostendit, præter ruinas & aquæductus hic illic sparsos, arcus, Pontemq; Anæ instructum Romani operis pulcherrimum. Hinc Gades usq; viam inchoatâ

Estremadura. *Badajos.* *Merida vel ilerda.*

inchoatâ multisq; locis intermissam, *Andalusia.* perduxit Augustus, ut videre est ex veteris marmoris inscriptione: Reliqua municipia sunt *Madellinum* & *Palacium Regis*, inter quæ Anas se abscondit & emergit: item *Alburquerque* caput ducatus nobilissimi, *Caceres, Turgilho, Guadalupo*: *Herrera*. *Ruesta* & alia:

Succedit huic versus Austrum *Andaluzia Regnum*, quod *Betis* fl. hodie Guadalquivir medium perluit; *Andalusia.* continetque regiones Hispalensem & Cordubensem, ac habet ad orientem Granatam, à meridie fretum Herculeum & Oceanum sive sinum Gaditanum, ab *Situs ejus.* occidente Algarbiam & Portugalliam, à Septentrione Estremaduram. Sedetq; quasi ad Portam maris interni, beneficio freti Gaditani, quod in latitudinem 4. in longitudinem 8. patet mill. ac ab Hispaniæ oris in *tria cornua* prominet, super quæ condita sunt *Gibraltar, Tariffa* ab Hercule Thebano, & *Beger*: quibus in Africæ oris respondent *Septa, Alcazar* & *Tanger*. Dicitur Andalusia, quasi *Vandalen huys*, quod Vandali à Gothis ejecti huc confugerunt, antequam in Africam transmitterent. *Regio* est quæ insigni rerum omnium fertilitate luxuriat, cunctasq; universi orbis terrarum *Fertilitas.*

Pro-

Andalusia. Provincias eo nomine ſuperat: nulla Hiſpaniæ pars, hac fructibus ditior: frumento abundantior, gregibus & armentis (maxime equis) copioſior: ut meritò Horreum & ſtabulum Pecuarium Hiſpaniæ dicatur, Vino felix, olivetis vero unicè dives eſt: auræquè hic ita lenes, & anni tempeſtates adeò mites, ut non fruſtrà antiquitas hic Campos Elyſios eſſe crediderit.

Sevilla. Metropolis ejus *Sevilla* olim *Hiſpalis* & totius Hiſpaniæ caput fuit: hodieque urbs magnificentiſſima, & totius Europæ opulentiſſimum eſt emporium, quippe claſſium & theſaurorum, ex India occidentali comeantium unicum receptaculum, quæ & abituræ hic inſtruuntur, quo nomine Regi quotannis ſeſquimillionem aureorum, vectigalium ergo, pendit: habetque magnificum multoque apparatu nobile *Palatium* (la caſa de la contraction de las Indias) in quo negocia hujus collegii adminiſtrantur conſilio & autoritate Gubernatoris & 12 Conſulum.

Situs ejus. *Sita* eſt hæc civitas in lævâ Bætis ripâ loco amænisſimo, formâ fere rotunda, ambitu ampla, viſu pulchra, Templis magnifica, ædibus ſplendida, plateis vicisque inſignis: hortis fontibusque hi-

Sevilla

laris,

laris, mænibus turribusque valida, propugnaculis tuta, campis jucunda, frugibus abundans, oliveris felix, civibus plena, mechanicis artibus nobilis, Academia (in qua Avicenna floruit) & studiis liberalibus illustris: ostio Oceani, (cujus regina dicitur) & fluvio navigabili Imperiosa · Ponte sublicio, navigiis incombente, delectabilis; multisque aliis rebus admiranda adeò, ut verè dicatur, *Qui nò ha visto Sevilla, nò ha visto maravilla*: item venusta adeò & placida, ut vulgus non sine ratione sibi invicem gratulaturus dicat: *Faxit Deus ut Hispali victum & amictum habeas*, puterque Deum hominibus quos amat Hispali domicilium largiri & victum. *Inter Templa*, *D. Mariæ* excellit, uti quo Orbis Christianus nullum habet excellentius: sive operis magnitudinem & majestatem spectes, sive Turrim, summâ altitudine & fastigio operosissimo admirabilem, Cochleamque per quam & eques commodè ascendere potest. *Andalusia.*

Inter Palatia Arx Regia ornamentis vere regiis superbit, ut nihil dicam de sumtuosis Ducum, Comitum, illustriumque Procerum Palatiis, deque aliis publicis ac privatis ædeficiis: ad *Portas* pergo quas numerat 12. & *suburbia*,

Andalusia. quorum præcipua ſunt el *Tablado* & *Triano*: *hoc* amænum & amplum eſt & denſè habitatum urbique Ponte (juxta quem ſuperbum inquiſitionis Palatium) conjunctum: *illud* antiquitatem loci demonſtrat in tymbis, lampadibus vitreis, & lapideis, urnis, & nummis è terra erutis. Eſt & in vicino urbi agro Domus ampliſſima *El mattadera* nuncupata, in qua optima Politiæ ratione, mactantur boves, oves aliaque animalia, quorum carnes Hiſpali civibus mox divenduntur.

In patentiſſimo juxta hanc Domum, *campo* jucundum ſpectaculum præbent *taurorum* robuſtiſſimorum cum Moloſſis canibus *certamina:* ſpectatur & *aquæductus*, incredibilibus expenſis opere fornicato à Mauris exſtructus, qui excavato vix dimidii mill. ſpatio, jucundam incolis aquationem præbet, unde quamplurimi Fontes ad civium neceſſitates derivantur: Mirabile dictu, itinere ſex milliarium, per cæcos terræ meatus, *Carmona.* à *Carmona* opido ſcaturientes fontes in hunc aquæductum deducuntur, unde *los cannos de Carmona* nuncupant: Haut procul Hiſpali vaſta jacent convulſæ urbis atquè Theatri rudera, locus *Sevilla la Veia* audit: *Italicam* urbem fuiſſe putant: Specta-

Spectatur & in proqinquo *Nemus* oleis consitum, & 30. Leucas longum. *Andalusia.*

Quinta ab Hispali, versus mare, leuca offert se Palatium sive *Palantia*, ab Arce antiqua ei adhærente nomen habens: agriculturâ florens & frequentia viatorum Sevillâ *Nebrissam* & *S. Lucar* petentium; nam cum hinc 5. leucarum via ob paludes & æstuaria Bætus uliginosa sit & invia, vel æstate densis sepulta pulveribus, & sic totus ille tractus, ob aquarum abundantiam hyeme, & ob intolerabilem calorem æstate sit inhabitabilis & incultus, ne una quidem arbore occurrente, sub cujus umbra se viator refocillare queat; fit ut viatores hâc iter facturi de vino sibi provideant in coreaceis lagenis. *Palacios.*

Primò in *Palantiæ Paludibus* occurrit *Alcantarilla*, *Pons* ad superandam paludis difficultatem constructus ab L. Marineo Siculo, altitudine, opere & artificio mirabilis; utroque in latere majoris Turris peristylia, bases & capita columnarum apparent, quæ hic ex viridi jaspide erant; nunc in Templum Hispalense ad altaris ornatum translatæ: Altera ex parte *Mesquita* est, Vetus Maurorum delubrum, nunc pietati Christianæ dicatum semperque clausum, ex altera *Alcantarilla.* *Mesquita.*

Anda lusia. *Venta*, id est Hospitium, qualia per totam Hispaniam multa conspiciuntur.
Venta. Pontem transgresso ad primum lapidem
las Cabeça. offerunt se *Cabeca*, opidulum, in aditu situm Montium, qui hinc Malagam versus se extendunt, urbem quondam fuisse magnam rudera loquuntur & mæniorum vestigia.

Lebrixa. Cabecis 3. leucâ succedit *Nebrissa*, Plinius *Veneriam* nominat, situm fuit olim opidum hoc inter Bætis æstuaria, hodie 8000. passuum ab flumine (oblimato Sinistro ejus alveo) distat: conditor ejus perhibetur *Liber Pater*: pulchrum est & peramœnum, cum Arce perveteri;
☞ agro undique beatissimo cinctum: quocumque egressus te vertis, versus meridiem præsertim ortumque, patentes te excipiunt campi: *prata* floribus læta: *arva* frugibus onusta: *vineta* & maxime frequentia *Oliveta*.

S. Lucar. Hinc 3 rursus leuca offert se *S, Lucar* de Barramede opidum *Ducis Medinæ Sidoniæ*, ad ostium Bætis & maris æstuarium commode structum & munitum: cum enim hic Portus sit Hispalensis & navium magnorum statio, expugnato hoc opido, omnis navigatio ad urbem impediretur; inde versus orientem occurrit *Guadalete* amniculus in sinum Gaditanum

ditanum se exonerans: ad quem fl. conspiciuntur *Aroos* in rupe situm opidum: *Xeres de Frontera*. quasi Hispaniæ hic terminus vel initium; murorum ambitu conspicuum opidum, cujus & ager vineis arvisque lætus & oleis, segetibusque abundat, vinaque producit generosa: ad ostium lethes sive Guadaletes opidum sequitur, cui nomen *Portus S. Mariæ*: ubi maxima candidi salis copia, quæ in alias Europæ regiones transfertur; opidum quoque est Ducis Medinæ Sidoniæ: & quidem ipsa *Medina Sidonia* ultra Guadaletem proxime abjacet, cujus antiquitatem demonstrat Arx in colle adstructa.

Andalusia.

Xeres de frontera.

el Puerto de S Maria

Medina Sidonia.

Ad hoc juxta, & in ripa Sinus Gaditani conspicitur *Portus Regalis*: *Sinus* hic, quem & *Bajam* vocant, insulam facit, 700. pedum intervallo ab continenti disjunctam, & Ponte rursus unitam: in hac opidum est *Gades*, ab quo sinus & insula cognominantur: vulgo *Calis Malis* audit, adstructumque ei *Castellum D. Catharinæ* nomen ferens, totaque insula, (uti maximi momenti, ob situm ejus,) egregiè munita est: est etenim hic navium statio oportuna, atque incolæ navigationibus, salinis, ac thynnorum piscatu egregie rem faciunt: ipsa insula omnis

Puerto Real.

Caliz.

Anda-lusia. generis frugum & vini generosi feracissima est, conspiciunturque in ora ejus binæ Herculis Turres, & aliæ plures.

Hinc versus fretum Gaditanum sive Herculeum in littore maris occurrunt Conil. *Conilium*, opidum Ducis Medinæ Sidoniæ, piscium & thynnorum captura maxime rem faciens: uti & *Vegelium* ei vicinum, colli impositum, unde latus & lætus circumquaque prospectus patet: inde *Tariffa* & *Gibraltar* ad ipsum fretum sita opida, quæ ab Hercule Thebano condita dicuntur, & quidem Gibraltar ad radices Promontorii Calpes situm, mari fere cingitur, rerumque maritimarum ac piscium inprimis commerciis clarum est. Vegel.

Hæc de opidis cis Bætin in litore occurrentibus: ultra Bærin vero, occidentem versus offerunt se in ripa Tinti fl. Niebla *Niebla* antiquum opidum Ducis Medinæ Sidoniæ: & inferius *Veas* & *Palos* opidum cum modico Portu: tum ad *Odiërum* fl. *Gibraleo* ubi is Ponte transitur: & prope *Aliarque S. Miguel*, tandemque Aja-monte. ad Anæ fl. ostium *Ajamonte* Portum habens percommodum, & ingressum è mari satis altum: famamque à bonitate agri & vini præstantia.

Rursus cis Bætin fl. inter Hispalin & Cor-

Cordubam conspiciuntur *Marcena. Ossuna* & *Ecya*: opida clara; & quidem *Marcena* 8. Leucis Hispali, introrsus colliculo, planitie mundique spectanti, instructum est *à Marcio* vel *M. Marcello*, ut putant. Sed est *Ducum Arcobrigæ*, qui è Pontiorum nobilissimo stemmata orti municipium hoc egregiè exornarunt. Ager ejus omnium inprimis feracissimus; fontibus & rivis caret, ita ut inde messis sæpe sit rarior: ad occidentem, è regione Xenodochii Fons est magnam aquæ copiam, civibusque sufficientem, ejiciens: *Ossuna*, hinc meridiem versus 4. leuca sita, aquis quoque destituitur, nullamque ager ejus conterminus arborem fert præter oleam, ceterùm pecorum messiumque uberrimus est. Urbs ipsa 5000. Focorum, Ducatus caput est, sedesquè primaria illustrissimæ *Gironum familiæ*: habens *Academiam* in qua omnes fere scientiæ docentur. *Andalusia. Marcena. Ossuna*

Ecya olim *Astigi* & *Augusta firma*, hinc 4. leuca ad Singulin fl. in Bætin exeuntem, sita est, in territorio Cordubensi: opidum insigne, Pontem habens fornicatum ex vivo lapide fluvio instructum; Ager ejus undique fœcundus & compascuus, unde incolæ lanificio maximam operam impendunt. *Ecya.*

Andalusia. Sequitur hinc proxime ad Bætin fl. *Corduba, Seneca* & *Lucani patria,* secunda *Cordova.* Andaluziæ civitas, Regum Maurorum olim sedes, quorum & *Palatium Regium* muris cinctum superest, & *Templum,* hodie Cathedrale, inter Europæ structuras Præcipuas numerandum: quod Portas habet 24. & columnas è nigro marmore 365. urbs est admodum ampla sed minus populosa: quamvis inde Bætis fl. sit navigabilis: conspicitur prope *Equile Regium* 200. equis educandis sufficiens.

Iaen. Tertia civitas Regni est *Iaen* Episcopatu nobilis & nobilitate frequens sub collibus ad rivum sita, murisque ac propugnaculis munita: ampla, opulenta, Templis cænobiisque egregiè ornata: amœnis fontibus grata, ac oleo, vino, tritico, fructibus, ferina carne, serico & aliis abundans.

Recensentur insuper Andaluziæ 100. & plura magna municipia, inter quæ & *Palma: ynojosa: Monte major* in quo elegantis- *Monte Major* sima vetustorum lapidum monimenta visuntur, quæ satis docent eo loci Uliæ ruinas jacere, item *Montoro* ad Bætim Ponte nobile & *Andujar: Baeza* Acad. nobilis: *Baeza* *Vbeda: Alcalà real* ad fines Granatensis *Alcala real.* Regni opidum, in colle optimi vini feraci situm: & alia.

Suc-

SUccedit huic *Granata Regnum* juxta Mare internum à freto Gaditano ad Murciæ usque fines procurrens, sub gradibus longitudinis 12. usque 18. latitudinis 36. usque 38. *Montes* habens ascensu difficiles, itẽ *campos, valles & planities* fertiles ac levi cultura indigentes. Mira hic varietas herbarum, olerum, fructuum; sacchari item copia, & serici præstantis abundantia, omnisque generis animalium multitudo. Fontes passim scaturiunt, qui tot rivulis solum secant & rigant ut amænior & temperatior regio nulla pingi possit. *Mauri* olim egregie excoluerent & frequentiùs habitarunt: hodie tamen incredibilem adhuc pagorum multitudinem soli fere Mauri, Christi fidem professi, inhabitant, peculiari lingua & vestitu utentes, qui montes vitibus arboribusque fructiferis egregiè conserunt, vicinaque loca tam decenter exornant, ut spectatores non minus amænitatis, quam cultores utilitates inde percipiant.

Granada. *Fertilitas ejus.*

Metropolis hujus regni Granata quoque audit: omnium Hispaniæ maxima, quippe quæ ambitu suo 12000 passuum complectitur; tota muris cincta, & propugnaculis 1030. munita: Portisque 12 aperta; cœli salubritate, & loci

Granata C.

Gra- amænitate (æstivo imprimis tempore:)
nada. viarum, ædificiorum, fontiumque (qui hic 10000 numerantur) splendore, ceteris palmam auferens: Pures continet colles, eorum geminos altiores, *Darrus fl.* per mediam vallem decurrens, dividit: Totaque civitas distincta est in 4. regiones separatas & peculiari nomine notatas.

Prima *Granata* vocatur, loca declivia & valles occupans, habitataque ecclesiasticis, nobilibus, & potentioribus fere mercatoribus, quorum omnium ædificia magnifica hortisque amœna sunt: *Templum* habet augustissimum, & miranda operis: item *Parlamentum*; *Forum* amplum ac in eo *Fontem* excelsum. Foro contiguum est *ædificium*, 200. circiter *tabernis* instructum, serici panni, aliarumque mercium mercatoribus habitatum.

Secunda *Alhambra* audit, tam Mauris quam Hispanis habitata; Hæc continet *Vetus Palatium Regium* amplissimum & superbissimum, vermiculato opere immensis sumtibus structum & exornatum, capax 40000. defensorum, item *Palatium Novum* ab Regibus Hispanis magnificentissimè structum, ex quo prospectus omnium amœnissimus, ædificium,

cium, ob artem, sumtus & ornatum, omnibus mundi miraculis præferendum. Est & elegans & splendida Domus quæ *Generalipha* dicitur, natura, arte, situ ad venustatem & recreationem composita: aëre sereno semper gaudens: fontibus artificiosis, sylvulis, arboribus fructiferis, sepimentis reticulatis, feras continentibus, & aliis rebus admiranda: in verticem inde montis enitenti occurrit *Fanum D. Helenæ* antiquum & spectandum, & juxta cisterna publica *Algibe*, cujus aquæ potæ ventris profluvium sedant: & alia. *Granada.* *Granata C.*

Tertia urbis Regio, *El Alveysin* dicta, duos complectitur colles, admiranda ædium frequentia cultos: olim solis Mauris habitabatur, qui agriculturæ & serici textrinis fere operam dabant; hodie incolæ ejus serici textrinâ non minus se exercent hujus partis Porta est ea per quam *Rex Cocho*, urbem *Ferdinando* tradens exivit, ea conditione, ut nemini post se pateret: quod ne fieret, firmum ei oppositum fuit propugnaculum. Quarta urbis Pars ab majore civium frequentiâ ex Antiquera urbe huc concessa, dicitur *Antiquerula* &c. incolæ ejus Antiquerulani, populosa est & situ plano, ceteris splendore habitationum & fre-

Gra-nada. quentia non cedens: incolæ Byssum, Holosericum, Karmesinum, Bombacium, Damascenam, variasque præstantioris pretii telas magna copia, & non contemnendo quæstu conficiunt: atque opificum hujus urbis serico texendo viventium quanta sit frequentia, ex eo colligi potest, quod è solis mori arboris foliis (quibus bombyces vescuntur) Regi 30000. aureorum, præter multas Serici libras, vectigalis nomine annue solvantur. Hæc de Metropoli,

Guadix. Acci. Cæteræ hujus regni urbes & opida potiora sunt, introrsus ab *urbe orientem* versus *Guadix Acci* urbs Episcopalis sita in planitie spatiosa, undique montibus asperis cincta, & 4. amniculis irrigua: frumento fructibus & vino dives, non vero olea & malis aurantiis ob aëris frigiditatem: ulterius *Baza* se offert opidum

Baza. 4000 focorum, in valle situm: *Meridiem* versus ab urbe Granata occurrit *Albania*

Albania. undique immensis præcipitiis & asperrimis rupibus munita, beata vero agro lætissimo, fontibus, & thermis sumtuose structis, quæ affectibus nervorum imprimis sunt utiles.

Loxa. Occidentem versus ab urbe Granata inferius ad *Singulni* fl. *Loxa* se offert, ab amœnitate situs *Hortus Granatæ* audiens:

ager

ager ejus egregiè cultus, & ob miram pabuli abundantiam, cuniculorum gregibus abundat & leporum: ulterius versus occidentem succedit *Antiquera*, opidum cum Castello Portis ferreis munito, in edito loco situm, servantur in hoc Castello plurima instrumenta bellica Regum Maurorum, quorum hic locus secessus amænus fuit, uti pulcherrimus ac fontibus, rivis, campis & collibus gratiosus, ac frequenti nobilitate habitatus: Planitiem agricolæ incolunt, magnum ex agris, & Montium salinis admirandis quæstum facientes. Fiunt & hic illa *suspiciendæ capacitatis vasa fictilia*, ad condenda & adservanda cibaria & vinum, aquam, oleum, cappares, olivas & cujuscunque generis liquores, commodissima. *Granada.* *Antiquera.*

Sequitur *Cartama* opidum & Arx, ubi ficuum & amygdalarum magnus proventus: producitur & hic Herba *Summage* Hispanis, Belgis *Somack* vel *Smack* dicta, nigricandis coriis & capillis canis conveniens: altius sequitur *Munda*, ad eundem amniculum, qui Cartamam inde rigans, juxta Malagam in mare internum abit. *Cartama.* ☞ *Munda.*

Septinilium altius in monte, positione prorsus mirabili, conspicitur, plerique *Settenil.*

Granada. incolarum domicilia habent subterranea; in cavernosis rupibus excisa: solum asperum & lapidosum, aratri impatiens, sed pecoris varii dives.

Ronda. Hinc prope freti Gaditani fines *Ronda* se offert, in monte & flumine cincto, sita; descenditur inde ad flumen 400. gradibus è rupe, Maurorum opera, excisis.

Marbella *Malaga.* Hinc ad litus maris interni Sequuntur *Marbella* ad fluviolum amœnè sita cum Portu commodo: *Malaga urbs Episcopalis*, situ, civium frequentia rerumque omnium copia celebris: Eò variarum nationum mercatores, potissimum Belgæ, magno numero singulis annis confluunt ad exportandos, quos vindemia hoc loci suppeditat, delicatissimos fructus: *Portum* enim habet commodissimum: munitaque adeo est, ut Propugnaculi vicem contra Africam obtineat: & *Armamentarium totius fere Hispaniæ hic* ab Rege sit locatum; omni armorum, machinarum bellicarum, commeatusque genere instructissimum: *Duo* habet *Castella* sibi invicem imminentia, ex quorum uno ad aliud transitus est inter duos muros: condita fertur hæc urbs à Phœnicibus, ante natum Christum anno 840. Fictilia quoque vasa hic conficiuntur nitidissima: *Ager* ejus vini generosi & olei fœcundissimus.

ſimus. Quinto hinc lapide ſequitur *Veles Malaga* opidum amœniſſimis cinctum campis, f. uctiferisque collibus, in quibus Arx ab Afris olim condita conſpicitur: ibique *uva paſſa de Lexia* & *de Sol*, cærulei coloris colliguntur; incredibilis hic pagorum frequentia, quos fere Mauri inhabitant, & excolunt nitidiſſime: ab *Vele* ad Litus maris proximum, ædificium ſe offert ampliſſimum, *La Torre de Velles* vocant, In quo varia ſunt loca, perà opportunè diſpoſita receptacula omnium quæ vicinum ſuppeditat ſolum, ut de iis, antequam evehantur, Regi vectigal ſolvatur: ſunt porro in litore maris hujus crebræ Turres præſidiariæ, adverſus pyratas ſtructæ, occurruntque hinc verſus orientem *Almunecar*, & *Salubregna* 2. Caſtella munitiſsima in quorum altero Regis Maurorum theſaurus, in altero filii & fratres Regii aſſervabantur: item *Beria*, & *Almeria* ad rivum & ſinum maris ſita, agrum habens fertilem ac ſalubribus aquis fructibus oleoque abundantem: Hunc locum cum Chriſtiani Mauris eriperent, *Vas illud egmaragdo*, quod *Genuenſes* habent hinc tranſportatum fuit: Sequuntur *Muxacra Virgi* & alia, & ultra Guadalantin fl.

Granada.

Veles Mala.

La Torre de Velles.

2. Caſtella.

Almeria.

Murcia Regnum cæteris finibus Valentiam

Murcia.

Murci. lentiam & Castiliam novam contingens, Regnum exiguum est, olim Spartanus Campus, mira hic serici quantitas, fiuntque ex creta Vasa optima. Nomen habet ab *Murcia Vrbe* Regni primaria, quæ sita ad fl. *Seguram* in planitie amænissima, quam Segura perluit, & derivati hinc inde rivuli irrigant, vestiunt vero, olea, mali citrii, mori, oriza &c. ita ut merito Hortus Hispaniæ audiat: Visitur in Templo hujus urbis *Alphonsi Castellæ Regis & Astronomi celeberrimi sepulchrum*:

Carthagena. Altera urbs est *Carthago* ab *Asdrubale* tempore secundi belli Punici condita, olim ampla nunc neque grandis neque bella, sed optimo portu 200. triremium capace, & munitionibus spectanda: Hinc occidentem versus juxta ostium Guadi-

Almacaron. lantini fl. in litore offert se *Almacaron Ducis Escalonæ Volæque Marchionis opidum* ubere aluminis proventu dives, dominumque suum ditans, altius ad idem fl. est *Sorca*: ceteraque opida potiora sunt, *Lebrilla*: *Cantarella*: *Calasparæ*: *Ciera*: *Lorgui*: *Favanella* &c.

Castilia Vetus. HActenus de *Regnis Castiliæ Novæ contiguis*, pergo ad *Castiliam Veterem* & regna ei contigua: illis Metropolis est *Burgos*, *Auca* Romanis, sub se habens minorũ gentium opida 150. Inter primas Hispa-

niæ meritò referenda: posita est ad rapidum & minus navigabilem fl. Relansonem, cui 2. Pontes instructi, magnis, pulchris, commodisque ædificiis passim adornata, Foris venalibus, platæis, vicis, Cænobiis. Templis, omnibus exculta; inter *ædificia* excellit *Palatium Comitis stabuli*: inter *Templa* Cathedrale artificiosissimi operis: inter *Cænobia*, PP. & Virg. opulenta, *Huelgas* Virg. divitiis & ampla jurisdictione præstat. Arcem habet situ edito magis quam operibus munitam, incolas industrios & diligentes cujuscunque ætatis sexus & conditionis; *aër* vero hic humidus & frigidior: circundant suam metropolin jucundo, ac commodo situ *Lerma* ad Relansonem fl. *Ducatus* caput, agrum habens vino & frumento fœcundum. *Legronnum* olim *juliobriga*, urbs ad Iberum fl posita & sub Navarræ olim regno recensita, nunc Castellani juris: & privilegiis ac immunitatibus ab Carolo V. (ob fidei merita) donata; ager ejus vino frugibus, nec non venationibus dives: & ad Durii fontes *Garay* olim *Numancia* in ruderibus ob fidem, celeberrima, *Osma* vel *Vxama* inferius ad Durium, 300. casarum opidum, & *Academia* nobile: inde *Randa* & *Penafiel*

Castilia Vetus.

Lerma

Legronna.

Garay ol. Numancia.

Osme.

Aranda Penafiel.

ad

Castilia Vetus. ad radices montis situm opidum, nobile Palatio Ducis Ossunæ, & Castello in vertice Montis structo; *Frias*, *Birbiesca*
S. Domingo. prope Iberum fl. & *S. Domingo* prope Lermam, municipia quæ *Velasco* Comiti stabuli Castellæ parent. Item ad Pisurgam fl. ubi Durio conjungitur, & fines
Valladolid. Legionis, *Valdoledum sedes olim Regia*, & Philippi regis locus natalis, non Hispaniæ solum, sed Europæ totius pulcherrima civitas: clara quoque Academia: magnifica Principum Palatiis & Foro rerum venalium amplissimo, cujus ambitus est 700. passuum: ipsa urbs continet ædes 11000. agro beata, hortis fontibusque amœna, & rerum omnium copià gratissima est.

Hinc versus austrum & fines Castiliæ
Segovia. Novæ *Segovia* est, urbs opimo episcopatu nobilis, 7000 casas continens, sita in loco edito, turribus undique & propugnaculis munita, Lanificio optimi panni celeberrima, *Superba Palatio* Regis situ & fabricæ magnificentia nulli secundo, atrium continet, in quo omnium pœnè Hispaniæ Regum effigies exhibentur: item *Æde Monetariâ* quæ in ima valle molis aquaticis exercetur & *Aquaductu* mirandi Romanorum operis, uti qui habet fornices 177. *Pons* dicitur

sed

sed *quem aqua superfluit*: *Laboriosa* hæc *Casti-*
civitas dicitur, quia nemo in ea mendi- *lia*
cus fertur, nisi qui morbis vel ætate o- *Vetus.*
perari impeditur. Sequitur prope *Cocca* *Cocca.*
gentis Alcalæ sedes: item *Avila* in me- *Avila*
dia planitie sita urbs 3000, focorum;
montes planitiem ambientes, fructibus
& vinis præstantibus nobiles sunt, & a-
mœni: sequitur huic *Penaranda*, & *ad* *Pena-*
Tormin fl. *Alba*, unde Duces Albani titu- *randa*
lum habent, & *paulo inferius Salamanca* *Alba.*
urbs sede Episcopali & Equitum fre- *Sala-*
quentiâ nobilis; illustris vero Academiâ *manca*
30000. ducatorum annua pensione do-
tata, & læto agrorum proventu felix.

Cetera opida sunt *Medina* in terra Cam- *Medi-*
porum: *Sentica* jam *Camora* in ripa du- *na de*
rii fl. *Civitas Roderici* Comitis ad Aqua- *campo.*
dam amnem sita. *Placentia* urbs pul- *Placen*
cherrima, cujus citria ceterique arborum *tia.*
fructus, nec non panis candidissimus ma-
xime solent expeti montes ei adjacentes,
Vera de Placenzia cognominantur; ha-
betque sub ditione sua opida amœnissi-
ma, in queis est *Xavalicium* nemoribus
superbiens, & *Pisaro* in convalle jacens
velut altare: nec procul abest occiden-
tem versus *Caurita* exiguum opidum, *Coria.*
& præter Templum nihil habens illu-
stre, & rursus ad Iberum fl. *Miranda* *Miran*
Duca- *da.*

Leon. Ducatus caput: *Medina de Pamar Espinosa*, & ad mare Cantabricum proximum S. Andero. *S. Andero* & *Laredo* opida Portu & Piscatu opulenta &c. Laredo

Leon R. Leon C. CAstiliæ Veteri Septentrionem versus adjacet *Legio* ceteris finibus Portugalliam, Gallæciam & Asturiam attingens: *Metropolis* ejus *Legio* Regno nomen dedit: hanc Pelagius, è Gothorum Regum sanguine ortus, primam Mauris eripuit: & Castello firmavit, unde Primus Comes Castiliæ audivit: *Templum* habet artificio mirabili structum & omnibus indè anteponendum, magnificumque sepulchris Regum 37. & unius Imp. urbs nullius rei indiga est.

Astorga. Cetera Regni opida præcipua sunt *Asterga*, parvum, sed situ munitissimum opiduum, quod *Torto* fl. interluit optimas trutas nutriens, perluit & vicinum *Lacum* Sanabriæ, undas maris instar volventem & admodum piscosum, in cujus medio rupes, cui *Comes Beneventanus* ædes magnificas habet instructas: *Beneventum* vero inferius ad Tortum situm, magnificum *Comitis Pimontelli Palatium* ostentat: Benevento.

Camora. *Camora* olim *Sentica*, urbs munita in Durii fl. ripa, cui Pons insignis superstructus: *Ager* ejus supra modũ fertilis totusq; tractus ejus scatet divite vena lapidis cyanei,

(vulgo

(vulgo Turquoise,)gens rustica hic invenuata tam in sermone quam in corporis cultu atq; vestitu. *Palentia* ad fl. Carrionis (in Pisurgam labentis) ripam posita celebris est Acad. & divite Episcopatu. *Leon.* *Palentia.*

His opidis Municipia annumerantur populosa satis, vinoque & frugibus opulenta; quorum præcipua sunt *Villa Franca* ad Burviam fl. solo frugifero eminens: *Medina del rio* secco, clara mercatu & annonæ utilitate, *Betanzos* ad fl. Mandem fructibus abundans: *Cacabelos*, *Ponferrada* olim *Interamnium Flavium*, ad Aviam fl: *Vierzy*, *Ponte della Reyna*, *Orzanaga*, *Ledesma*: *Marsilla*, *Villalpando*, *Saldayna*, *Torderillas*: *Toro* propè Durium fl. & Camoram, in altiore & plano loco situm municipium, vino rubro & fructibus abundans. *Betanfes.* *Toro.*

LEgioni Occidentem versus succedit *Gallæcia*, meridiem versus Portugalliam habens, ad Occidentem vero & Septentrionem Oceanum: Litus maris hic multis finibus & Portubus 40. nobilitatum opes invehit: Præcipui vero Portus sunt *Bajona*, *Corrunna* & *Ferrolii* ceteris capaciores; Aër ad oram maris est temperatus, in mediterraneis frigidior: solum inæquale & montosum fere augustis vallibus interstinctam, in quibus pluri- *Gallizia.*

Gallæcia. plurimi fontes ſcaturiunt, & infiniti rivuli diſcurrunt, & circiter 70. amniculi; inter quos eminent *Sil. Minio. ulla* & *Tambra* nullius rei indiga regio eſt piſcium vero magnam copiam tam recentium quam muriâ conditorum evehit: opida continet 5. & 57. municipia muris cincta.

S. Iago di Compoſtella. Primum & celebrius opidum eſt: *Flavium Brigantium* ſive *Compoſtella & S. Iago* ut hodie vocatur, ab reliquiis *S. Iacobi Hiſpaniæ tutelaris* ibi reconditis: illuſtris urbs eſt Academiâ & ſede Archiepiſcopali, & 2000 focis.

Lugò. Secunda urbs eſt *Lugo* ad *Minii fl.* ripas poſita, olim ampla ut murorum ambitus teſtatur: clara hodie eſt ihermis & bullientibus fontibus ſaluberrimis.

Orenſe. Tertia *Orenſa*, inferius ad Minii ripam ſita, nobile habet Templum Cathedrale, & aquas quoque calidas ac innoxias, ager ejus amœnus eſt, vinique & fructuum optimorum ferax.

Quarta *Tuy* alias *Tude* fnferius ad Minium prope Oceanum ſita: cœlum habens ſalubre ac ſolum perfœcundam.

Mon donnedo. Quinta, *Mon donnedo* opidum bene ſitum, loco ſalubri & fœbundo verſus fines Aſturiæ.

Reliquia *Mnucipia* amant *mare* aut *flumi-*

flumina: Ad mare hinc proxime occurrunt *Rivadeo, Rilo, Vivero, S. Mattha, Ferrol* portum habens amplum *Pondeaume: Callæcia Hortus: Coronna* duplex opidum: *alterum superius*: in clivo montis positum, arceque & mœnibus firmium; *alterum inferius*, illi ab ima parte mœnibus junctum, à ceteris partibus mari, peninsulæ specie alluitur, Portum habens magnæ classis capacem; & non procul Jaspidis fodinas præstantissimi: sequantur *Mongra, Finisterre Cea, Muros, Padron, Ponte Vedra, Vigo, Bajona*, portu amplissimo celeberrima. *Gallæcia.* *Ferrol.* *Coronna.*

Flumina tangunt: & quidem Minium *Rivadavia P. Belezar Porto Marin. Sarria, Castro de Rey*: ad Burrujam fl. *Viana, Monforte de Lemnos*: & ad *Mandenum Betancos* & alia.

Hinc juxta mare *Asturia* sequitur, regio aspera montibusque & silvis horrida, ac equis, minio, chrysocolla & auro præcipuè fœcunda. Dividitur in Asturiam *de oviedo* Gallæciæ vicinam, ubi opidum *Oviedum* receptaculum olim Hispanorum; Mauris eorum terras occupantibus: & Asturiam de *Santillana* Cantabriæ vicina, ubi *Lanes* & altâ. *Asturia.*

Succedunt secundum mare *Biscaia* & *Guipuscoa Cantabria Regiones. Biscaia territorium* *Biscaia*

Biscaia. *torium* asperum quoque est & montosum, Hispaniæque dissimile, Baccho prorsus inimicum: præter plumbum & magnetem lapidem, copiosas ferri venas fundit: *Incolæ* ejus exemti sunt ab omnibus oneribus & datiis: *Puellæ* incedunt capite nudo & tonso capillitio, nec virginibus fas est antequam nuptæ sunt, capillum alere aut caput peplo velare: aliàs facie elegantes sunt, & gestibus hilares, affabiles & officiosæ erga peregrinos.

Bilbao *Metropolis* hujus Regni *Bellum vadum* sic dictum quia commodè situm loco plano & portuoso 1. leuca ab mari, unde commerciis variorum gentium dives est: imprimis lanæ negocia hic vigent, & nucum, castanearum, malorum aureorum; quorum copiosus hic proventus & vilissimum pretium: est & annonæ insignis copia, panisque optimus, & aër temperatus ac salubris, ut fere in omni Biscaia: quæ municipia, præter hanc urbem numerat 21. inter quæ potiora, *Vermeta*, *Ordugna*, *loquendo*, *Valentia*, *Barmeo*, *Montrico* &c.

Guipuscoa. G*Vipuscoa* hinc juxta Oceanum, ad Galliæ usque fines se extendit, interius *Navarra & Alava* fines radens: circuitus ejus 36. mill. Regio ferri, chalybisque

lybisque feracissima: unde hic Vulcani officina & Martis Armamentarium ab ipsa natura videntur locata: adjuvat *Chalybs* fl. cujus aqua ferrum optimè temperat, ita ut Hispani arma non nisi hâc aquâ indurata, probent: secatur præterea 2. aliis & 16. minoribus fluviis, quorum ripæ habitationibus frequentes; *opida* & municipia plura habet, fructibus & frumento copiosa, montibusque ita cincta ut nec frigore nimio infestari, nec calore torreri possunt: elegantia quoque sunt ædificiis ac plateis: ita ut, quamvis exigua sint, munditie & nitore, grandes Hispaniæ urbes superent: non hic fætor (ut ibi) à cloacis sive ollis fictilibus, quas excrementis plenas, per medium aërem è fenestris in plateas evacuant: eaque excrementa ardore solis in pulveres redacta, & ventis agitata, homines, vestes, casasque fœdè inficiunt. *Guipuscoa.*

Metropolis ejus *Tolosa*, ad Ararin & Oriam confluentes sita, quibus bini Pontes incumbunt: sequitur ad *Chalyben* fl. *Placentia*, ubi Vulcani officinæ plurimæ. *Tolosa.* *Placentia.*

Fontarabia exiguum ad mare opidum est sed natura & arte munitissimum, ad fluxum & refluxum maris siccum & navigabilem habens Portum ac introitum. *Fuentarabia.*

Guipuscoa. Donastien. *Fanum S. Sebastiani* ad ostium fl. Urinæ situm, *Portum* habet amplum, cujus ingressus inter 2. Castella amicis tutissimus, inimicis vero exitiosus: incolæ gloriantur de privilegio, quod Rex cum iis præsens negocia tractans nudo capite loqui teneatur.

Passages. *Passages* opidum huic proximum: Portum habet angustum sed profundum, scopulis & præsidio munitum.

Reliqua potiora sunt ad mare *Oria, Eleano, Denia* & intus *Oquina, Renteria, Villa franca, Segura & alia.*

Hinc interius juxta Navarram & Iberim fl. *Alava Regio* se extendit; longa 28 lata 18 leucas, fructibus & vino abundans: *Metropolis* ejus *Vittoria*; lauta satis & commoda urbs, nobilibus familiis frequens, mercatoribus & opificibus plena, vino, lana & ferro fere quæstuosa. Cætera opida sunt, *Trevigno* Comitatus, *Salvatarra, Halcos, Haro S. Vincente, S. Gadea,* & alia.

Alava. *Vittoria.*

Navarra. Sequitur *Navarra* ultimum nobis *sub Castella Regnum*, cæteris partibus Galliam, Arragoniam & Castiliam attringens; rarius habitatum & montibus ferè inclusum; cum tamen pecori & agriculturæ valde sit commodum, & finitimas Hispaniæ Provincias aëris clementia

vincat:

vincat; uti quod situm sub gradu latitudinis 43. Dividitur in 6. Partes, quarum cepita *Pompelona*, *Stella*, *Tudela*, *Oliva*, *Sanguessa*, & *S. Iuan de pie del Puerto*. *Navarra.*

Metropolis ejus *Pompeopolis* ad Agram fl. sita, in campis fertilissimis non procul ab montibus Pyrenæis, urbs magna & opulenta, ac Episcopali sede nobilis; munitaque muris firmis ac 2. Castellis. *Pompelona.*

S. Ioannis Pedis Portus opidum ad fines Galliæ positum est in altissimis montium jugis, quorum ascensus est 12000. passuum, suntq; undique fontibus uberrimis & multis fructibus conspicui, ferri quoque fodinis divites: in jugo planities est & campus amœnus, omni tempore viridis. *S. Iuan*

Prope, versus Pompeopolin, adjacet 3. leuca *Roncevallis* clarus locus ab internecione Rolandi, agnati Caroli magni. *Stella* occidentem versus ad Egam fl. occurrit: *Olite* meridiem versus ad Cicadum amnem: *Sanguesa* versus orientem ad Veralum fl. *Tudela* in ulteriore Iberi ripa est, in *regione Pompejopolis*, præcipua loca sunt juxta Vidassum fl. *Maja, Ianci*, *Arannos Lesaca*, *Vera*, item ad Agram. *Huartear aquil: Lacunea. Arbicu, Echarriarana* & alia sub Stella: ad Egam *Roncevalles.* *Stella.*

Navarra. *Lerin*, *Carcar*, *Andosilla*, *S. Adrian*: ad Iberum *Lodosa*, *Mondavia La Cagurria Viana* & hinc proxime *Aras*, *Bargota*, *Desoio*, *Aguilar*, *Torralva Nacar* &c. sub Olite Oliva ad Cicadum *Tafalla*, *Veire Pitillas*: ad Agram *Milagro*, *Funes*, *Peralta*, *Falces*: Sanguesa. *Miranda*, *Larraga* & alia: sub Sanguesa: ad Veralum, *Cassèda*, *Hybar Lumbier*, *Vrrcz*, *Larrasoayn*: *Tiebas* & alia. Sub Tudela. Tudela ad Iberum in ripa citeriore, *Cadreita*, *Valtierra*, *Arguedas*, *Murillo*. *Fustinana*, in ulteriore: *Bunuel*, *Cortes*, *Riba forada*, *Ablitas* & alia.

Porro ad *Castiliam* quoque spectant *Insulæ Canariæ* olim *Fortunatæ* dictæ, non procul a continenti Africæ in Oceano Athlantico sitæ sub gradibus latitudinis 28. 29. Longitudinis 8. 9. 10. infra Maderam insulam; sunt autem præcipuæ 7. scil. *Canaria* magna, *Teneriffa*, *Gomera*, *Palma*, *Ferro*, *Lanzerotta* & *Fortaventura*.

Canaria M. CApur earum est *Canaria magna* ab qua ceteris cognomen est, ambitu suo 40000. passus complectens continensque incolas circiter 9000. Saccarum hic conficitur optimum cui rei destinatæ 12. machinæ (ingenios vocant.) vinum quoque producit præstantissimum, fructusque perfectissimos; ac alit plu-

plurima armenta & pecudes: civitas ejus *Palmasum* urbs perpulchra, civibus splendidis habitata, ac aëre gaudens temperato: Caput & Metropolis est ceterarum insularum uti in qua *Gubernator* agit, *Tribunal* habens ad quod omnes insulam provocantur; reliqua hujus insulæ opida sunt *Telden*, vino generoso nobile, *Galder* & *Guia*. *Canaria insula.*

Sequitur hanc versus occidentem *Teneriffa*: forma triangulari, solo collifero: montem habens altissimum, flammas sulphur & pumices eructantem: arbores alit raras, sed ingentes laurorum lucos: frumento & oryzâ abundat supra reliquas: Ingenios quoque 12. habet sacchari conficiendi, quod & hic copiosum, uti & *Vina Malvasia* & *Vidonia*: urbs ejus præcipua *Laguna*, duas habens parochias, ceteræ sunt *Santacruz*, *Lotatava*, *Rioleio* & *Garachico*. *Teneriffa.*

Gomera Comitatus titulo insignis est, suumque habet tribunal ab quo ad Parlamentum Canariense datur appellatio: Abundat frumento & vino: Sacchari unam habet machinam. *Civitas* ejus *Gomera* quoque audit & Portu gaudet oportuno. *Gomera.*

Palma inde insula in ambitu continet 25. leucas forma orbiculari, saccharo *Palma*

Canaria insula. & vino abundat: recipitque Rex ex hac & Teneriffa Canariaque insulis annuè 50000. ducatorum, habentque unum junctim Episcopum, cujus reditus 12000 ducati: frumenti non adeo dives est, quod fere à vicinis accipit. Prima ejus civitas *Palma*, pulcherrimum habet templum.

Ferro. *Ferro* sive *Ethierro* Comitis Gomeræ peculium est, gentis Ajalæ, ambitu suo 6. mille complectens, aquæ potabilis indiga est, quam arbor supplet, in medio insulæ nata frondibus olivæ, tectaque perpetuis nivibus, aquam destillans optimam, in subjectam cisternam, tantâ copiâ, ut & incolis & pecori sufficiat.

Fortaventura. Lanzerotta. *Fortaventura* & *Lanzerotta* orientem versus à Canaria sitæ insulæ, comitem suum habent ex familia de *Herra*, tribunalque peculiare à quo tamen appellatur ad Canariense: *hujus* merces præcipuæ sunt *Tuffineta*, id est, caprarum carnes siccatæ: *illa* frugibus abundat & armentis: Adjacent his *Gratiosa*, *Alegransa* & aliæ insulæ minores & non magni momenti: Atque hactenus de Castiliæ utriusque Regnis.

Arragonia. SEquitur *Arragonia*, Tertium Hispaniæ Regnum Princeps, utrique Castiliæ, Navarræ, Pyrenæis, Catalauniæ

&

& Valentiæ contigua, sub gradibus latitudinis 40 usque 43. Longitudinis 16. usque 19. posita: *Solum* habet ferè siccum & asperum, multisque introrsus locis, aquâ & incolis destitutum: non tamen desunt *valles* aquis, riguæ & densè habitatæ, optimarumque frugum & fructuum feraces. *Arragonia.*

Metropolis ejus *Cæsar Augustâ*, magnificentissima Hispaniæ civitas, Italico more structa, uti & *Valentia* & *Barcino*, metropoles Catalauniæ & Valentiæ Regni, Sita ad Iberum fl. loco campestri & patenti, amæno ac fertili, Pontem habens lapideum egregii operis, quo Iberus transitur: platæas latas & apertas; ædes splendore nullis Hispaniæ urbium secundas: Templa majora 17, Monasteria 17. adeo ut nulli Hispanicarum urbium cedat, sive soli ubertatem sive situs amœnitatem, vel urbis nitorem & ornamenta requiras: Accedunt *Academia*: *Arx*: *Curia publica*: *sedes Archiepiscopi* ab quo Reges Arragoniæ diadema solent accipere, quæ urbis magnificentiam non parum augent: *munita* insuper est duplici muro: & extra priorem murum plurima sunt ædificia, alteram quasi urbem constituentia: inter quæ *Xenodochium* operibus insignioribus Europæ connu- *Sarragonia.*

Arragenia connumerandum: item *Alipharia*, domus ampla & amœna in campo ſtructa &c.

Catalajud. Ceteræ urbes ſunt, *Catalajud* ſita in valle campeſtri ad Salonem fl. qui ſupra Cæſarauguſtam, in Iberum exit, nata ex *Bilbilis*, *Martialis patria*, ruinis, quæ medio inde mill. in colle *Baubola* Salone fere circumfluo viſuntur: *Ager* ejus dives frumento, frugibus, vino & Oleo, ac opidum ipſum opificibus frequens, paret Epiſcopo *Tarraconenſi*: cujus civitas *Tarragona.* inde ſeptentrionem verſus prope fines Caſtellæ veteris & Navarræ ſita ad rivum Queiles juxta Tudelam in Iberum exeuntem: camporum glebis felix & annonæ copia abundans: Reliqua hujus Archiepiſcopatus opida potiora ſunt, prope Tarraconam, *Vervela*, *Boria*, *Magallon*, *Calcena*, *Aranda*: & ad Salonem fl. *Ariza*, *Piedra*, *Daroca*, *Marata*, *Riela*, *Plaſentia*: in ripa Iberi dextra *S. Fee*, *Fuentes.* *Fuentes Saſtago*, ad Agnam rivum *Belchite* ad Martinam, *Ixar*, *Montaluan*, *Segura*: ad Guadalopam, *Alcaniz*, *Caſpe*, *Maella*, *Calanda*, *Caſtellot*: & inde verſus Valentiæ & Caſtellæ novæ fines. *Tervel* *Tervel* civitas Epiſcopalis, opulenta, & commerciis frequens: & *Albaraſin* civitas *Albaraſin.* quoque Epiſcopalis olim *Lobetum* & *Turia* vocata ab Turia fl. in cujus ripa ſeder,

ſedet, hodie Guadalauria dictus. *Arra-*
Item prope ripam Iberi ſiniſtram, *gonia.*
Aulà Dei Cuera Rueda & *Almolda* &c.
Sequitur hinc proximè verſu Septentrionem, *Epiſcopatus Oſcenſis*, cujus civitas *Oſca*, Academiâ antiquiſſima nobi- *Hueſ-*
lis, nam & *Q. Sertorius* Scholas hic fun- *ca.*
davit: ſubſunt ei *M. Arragon. Sietamo. Caſnas Saza* de Surta: *Alcueſar, Antillon, Sarinena* &c.

Adjacet ei verſus pyrenæos *Epiſcopa-* *Iaca.*
tus Iacenſis: cujus civitas *Iaca* ad Aragonem fl. ſita ſub Pyrenæis ad vallem *d'Aiſa*, Caſtellum habens 5. propugnaculis munitum. In vicino *Monaſterio S. Ioan-* *S.Iuan*
nis de Penia. Monumenta viſuntur *Re-* *de la*
gum Sobrarvia, cujus Regni caput fuit *penna.*
Aiſa ad rivum proximum ſita, quod ſe *Sobrarbe.*
diduxit in vicinam *Ripagorziam*: Reg- *Riba-*
num itidem ſub ſe habens pagos & mu- *gorca.*
nicipia 360. quorum capita fuere *Benavari, Roda* & *Venasque* Caſtello inſigne, *Venas-*
ad Eſſeræ fl. fontes in valle ſitum opi- *que.*
dum: *Sobrarvia* vero ſubſunt municipia 60. ibidem in vallibus fertiliſſimis & populoſiſſimis ſita. Hoc Regnum olim continebat *Comitatum Arragoniæ* circa Aragonam fl. extenſum, qui Comitatus ſenſim productis limitibus Regna illa obſorbſit; ipſeque Regni nomen

 adeptus

Catalonia adeptus fuit: Huic versus meridiem contiguus est *Episcopatus Balbastrensis,* juxta *Balbastro.* Leseram & Alconædram fluvios ad Iberum usque protensus: ejus metropolis est *Barbastrum* ad ripam *Veri* fl. situm: arcubus ferreis nobile; agrum habens olei inprimis feracem: ejus opida sunt *Monson.* *Monsonium* ei vicinum ad Esseram fl. & collem cognominem, opidum nobile conventibus Regnorum Arragoniæ, Valentiæque & Principatus Catalauniæ: fertilis agri & aprici situs: item *Oluena, Castro, El Grado, Berbegal, Xixena, Alcolea, Fraga* olim *Gallica Flava* & *Mequinecia* ei vicina ad Iberum fl. & alia.

Catalonia. SEquitur hinc versus orientem *Principatus Catalonia,* appendix Regni Arragoniæ, juxta mare internum longe se extendens inter Narbonense territorium & Valentiæ Regnum, sub gradibus latitudinis 41. 42. longitudinis 19. 20. 21. Solum ejus omnia fert quæ cetera Hispania præter Saccharum & Spartum: regio est populosa & industriis opificibus agricolisque dives: continet *Ducatum Cardona*: *Marchionatum Aitona* & 2. alios: item Comitatus 11. Baronias & Dominia plurima: Civitates 9. municipia muris cincta 47. pagorum numerum ingentem, inhabitantium 600000. interque eos supra

10000.

10000. Gallicæ nationis ſive originis, *Cata-*
qui agriculturam & pecuariam, artesque *lonia.*
mechanicas tractant ſedulô.

Metropolis ejus eſt *Barcino* Emporium *Barcel*
celebre, licet commodo portu deſtitua- *lona.*
tur: cui inſervit Pons 750. paſſus in
mare (cui adjacet) protenſus, ventorum
vim ſuſtinens, ceterum urbs eſt Italico
more ſtructa, latis & apertis plateis ele-
gans, quæ (quod rarum in Hiſpania,)
cloacarum ſtructurâ & uſu mundæ: in-
ſuper ædificiis è vivo ſaxo conſpicua,
quibus hortorum accedit amœnitas.
Academiâ & mercimoniis illuſtris: ma-
gnitudine Neapoli par, licet frequentia
civium minimè: ſita in agro Laletano
campeſtri, qui vino, leguminibus & fru-
ctibus Hortenſibus dives: non vero fru-
mento & oleo: ab oriente Beſons ab oc-
cidente Rubricatus fluvii non longe ab
urbe in mare ſe exonerant: eſt & nobilis
hæc civitas titulo Comitatus, & jure ſi-
ve privilegio ſingulari cudendæ mone-
tæ; cujus inſcriptio: *Barcino civitas.*

Sequitur occidentem verſus in maris *Tara-*
litore *Tarracona*, juxta oſtium Franco- *gona.*
lini fl. ſtructa à *Cneo & P. Scipionibus* urbs
nobiliſſima, uti ab qua maxima Hiſpa-
niæ pars Tarraconenſis olim audivit.
Hodie & Archiepiſcopatu ac Academiâ

Cata-lonia. illustris est, & antiquorum monumentorum repositorium: ager ejus frumenti, vini, oleique ferax: ulterius versus occidentem succedit. *Dertosa* Academiâ quoque nobilis urbs, munitaque duobus Castellis in monte è diametro structis: situs ejus commodus ad Iberum fl. non procul à mari, occupat vero fluvium Pons navalis, magno artificio structus.

Lerida Interius hinc ad *Segrum* fl. qui in Iberum exit, occurrit *Ilerda* in modico colle sita, Academia quoque & Episcopali sede nobilis, muros habet è vivo saxo structos & ædes intus non contemnendas: Agro suburbano Ceres, Bacchus & Pomona mirum in modum favent, nec Pallas oleam invidet: Proxime adjacet ei inferius ad Segrum fl *Aytona* opidum Marchionatus titulo clarum: altius vero ad Segrum *Balaguer* & *Vrgel:* tum inde inferius versus mare juxta Rubricatum fl. *Solsona, Cardona* Ducatus caput, ubi *Mons*, cujus *terra* farinam refert, *Fons* cujus latices vinum rubrum colore fingunt: & *Sal* diversi coloris, cotusus vero niveus apparens.

Torto-sa. *Ayto na.* *Bala-guer.* *Vrgel.* *Cardo-na.*

Mon-serrat. Hinc inferius, *Manresa* & *Mons Serrat*, opidum situm ac editissimam rupé prope Rubricatum fl. (qui ibi, uti & Manresæ, Ponte transitur:) Rupes alta est 2.

mill.

mill. ambitu suò 4. mill. complectens: *Cata-*
celebris locus miraculis & Monasterio *lonia.*
PP. ord. Benedict. & S. Ignatii votis
hic piè peractis, antequam ad Socie-
tatem Jesu fundandam prodiit Anno
1522. Hinc ad Terum fl. *Vich* & *Girona* *Girona*
se offerunt: *hac* Ausseuanorum caput
colliculo imposita est nec magna, sed
opificum & mercatorum frequentiâ
locuples. Inferius hinc prope mare &
Ostium Teri *Torcella* est & inde versus *Torcel-*
Barcinonem in litore occurrunt *Pala-* *la*
mos fortalitio munitum opidum: *Bla-* *Pala-*
nes: Portus *Pineda* & *Calella*: &c. Ver- *mos.*
sus Narbonense vero Territorium of-
fert se *Comitatus Ruscionensis* Cataloniæ *Ronci-*
appendix: sic dictus ab urbe ejus no- *glione*
minis quæ olim steterit mediâ leuca à Per- *cum.*
piniano ubi nunc *Castellum Ronciglione*
Metropolis ejus est *Perpinianum* urbs *Perpig*
non admodum antiqua, loco plano ad *nam.*
Thetin fl. posita, sed versus meridiem
leniter assurgens ubi Castellum immi-
net quod munimentis cetera Hispaniæ
facile superat: interque amœnissimas
Hispaniæ urbes refertur; licet aër hic
minima de causa mutetur, & sævis
ventorum turbinibus molestetur: æ-
des numerat 4000. quantas vix ulla
præter Barcinonem, Lanificio dives est

Cata-lonia. & illustris PP. Soc. Jesu Collegio. Reliqua opida ejus Comitatus sunt: Galliam *Salsas.* versus, *Salsas* fortalitium juxta Paludem structum insuperabile; propugnaculis enim ea arte instructum est, ut plures videantur Arces esse, sublicijs Pontibus ita distinctæ, ut licet altera capta sit, reliquæ nihil damni inde sentiant. aër vero hic pestilens, æstate, ac insalubris ob paludes vicinas: Hæc versus Septentrionem. Meridiem versus à Perpiniano oc- *Helna.* currit *Helna* olim *Helena Castrum* ad Techam fl. prope mare sita civitas Episcopalis, in qua Constans Imp. olim inte- *Colli-bre.* riit: ulterius hinc ad maris litus *Collibre,* olim *Illiberis,* tenue urbis vestigium o- *Roses* stentat: item *Roses* inter mare & Lacum sinuosum, loco munitissimo situm opidum, cui vicina sunt *Castello, Ampurias* & alia.

Valen-tia. Reg. CAtaloniæ juxta mare succedit ultra Iberum fl. *Regnum Valentiæ* ad Murciam usque extensum: interius Arragoniam & Castiliam novam attingens: sita sub gradibus latitudinis 39. & 40. longitudinis 17. 18. cœlo gaudens benigno, & solo felici: alibi planicies sunt fertilissimæ: alibi campi fructibus optimis fœcundi; alibi montes, olei, vini & pecorum opulenti; item herbis & stir-

pibus

pibus quidam abundantes: alibi, versus *Valentia.* Iberum fl. argentifodinæ: ad Promontorium Finistratum ferri mineralia: circa Segorbiam lapidicinas habet: alibi alabastrum effoditur; passim alumen, rubia, calx, & gypsum: maximus vero quæstus percipitur ex vasis fictilibus (quæ Porcellanæ vocantur) elegantia admirabili perfectis: continet 4. civitates: 60. Municipia muris cincta, & 1000. pagos: irrigatur amnibus 35. inter quos eminent *Migliar: Morvedro. Guadalviar, Xucar* & *Segura*: *sinus maris* præcipuè habet 2. Sucronensem scil. & Illicitanum: *Portus* clariores 4. Vineri scil. Deniæ, Xabiæ & Alicantæ: *Turres* in litore *Præsidiales* circiter 27. in quibus 2. pedites & eques unus jugiter excubant, ut pyratarum vel hostium adventum speculentur & incolis obnuncient. *Dividitur* in 4. *Regiones*: quarum *Prima* ab Cenia fl. & finibus Cataloniæ procedit ad Migliar fl. usque, *Secunda* inde ad fl. Morvedrum usque; *Tertia* quæ flos Regni hinc usque ad Molinellum: *Quarta* deinde ad fines usque Murciæ.

Metropolis Regni *Valentia* quoque dicitur, urbs venerandæ antiquitatis, & uti olim sic hodie primariis Hispaniæ collocatur, omnium vero fructuum va- *Valentia Civ.*

rietate

Valentia. rietate amœnissima, & cœli solique temperie felici Campaniæ non concedens: sita est ad Turium sive Guadalauriam, Italicarum instar urbium structa: *Academia*, frequenti nobilitate, & magnorum virorum origine illustris: *ædificia* intus continens 12000. præter ea quæ in suburbiis &. hortis urbana numero fere exæquantia spectantur: mechanicis quoque artibus frequens est, ac lanificium hic excolitur diligentissime: emporiumque audit nobilissimum: mil-

Grajo. le etenim passus ab urbe *Portum* habet ad intimum sinus Sucronensis recessum, Turiæque fl. ostium: Pontem item 150. passus in mare productum, ac propugnaculis & bellicis tormentis munitum: ita ut hæc civitas commerciis quoque exterarum gentium frequens sit, ac civibus festivis gratia: aliasque ob dotes suas *formosa* audiat, uti

Guadalviar. fl. Barcino *Dives* & Saragoza *Satura*. Turius amnis qui eam alluit, limpidas ac purissimas fert aquas, ripisque gaudet amœnissimis, uti quæ à fonte ad ostium usque nemoribus ac arboribus floribusque ac rosis, omni anni tempore virentibus sunt coronatæ, unde Silius Italicus.

Floribus & roseis formosus Turia ripis,

Non

Non procul ab urbe conſpicitur lacus *Albufera*, grata piſcibus habitatio præ ſertim anguillis, ſed magis avibus paluſtribus; cetera opida præcipua hinc *verſus Murciam* occurrentia ſunt *Moncada* ad Sucronem fl. ſupra Albuferam & altius ad rivum Sucronis *Xativa*, in edito colle ſita, fontibus ſaluberrimis, arborumque fructibus præſertim Malis Punicis abundans. Laudatiſſimi quoque ac tenuiſſimi lini proventu dives: focorum numerat 3000. Inferius hinc prope mare & Molinellum amnem *Gandia* ſe offert ubi Collegium PP. Soc. Jeſu habent illuſtriſſimum: ſequitur ad Litus *Denia* titulo Marchionatus nobilis & duobus Portubus clara, Arceq; firmâ munita, ſita in colle, ſpeculum habens ad mare quæ longinquum navigantibus proſpectum præbet. *Sabea* Deniæ propinqua, Portu quoque gaudet commodo: item *Bellaguardia*, & *Alicante* opidum Portu & vinis generoſis celeberrimum, *Portus* ejus munitus eſt 3. Propugnaculis & Caſtello, quod editiſſimo loco ſtructum; introrſum hinc ſunt *Xixona*: *Alcay Biar*, Candidiſſimi Mellis copiam ferens: *oliva*, & aliæ valles fructiferæ plures: Ad mare prope fines Murciæ & oſtium Seguræ fl. offert ſe *Guardamar*, ſale dives, quod Belgæ

Valentia. *Albufera.* *Moncada.* *Xativa.* *Gandia.* *Denia* *Sabea.* *Alicante.* *Biar.* *Guardamar*

Valentia. Belgæ evehunt: & altius ad Seguram Oribuela opidum, & alia: *hac versus Murciam*. à Valentia vero versus *Cataloniam* occurrunt ad *Morvedram* fl. *Saguntus* fide & ærumnis urbs inclyta: hodie *Morvedro* dicitur ab muris ejus veteribus: Theatrum certe & nunc ibi cum scena, &c. præter multa alia antiquitatis vestigia, in muro veteri reperitur hæc inscriptio: SENATUS & POPULUS SAGUNTINORUM CLAUDIO INVICTO PIO FELICI IMP. CÆS. PONT. MAX. TRIB. POT. P. P. PROCOS.

Morvedro.

Segorbe. Altius ad Morvedram *Segorbia* jacet non ignobile opidum; ad Miliarem fl. & litus maris *Borriana*: *Salines*: *Villa real. Castello*: ulterius *Benicasi* ad sinum maris, & *Oropesa* Vetus, ac *Peniscola* in scopulo Pyramidali, inter maris sinus sita, refugium & latibulum *Benedicti* 13. *Catalauni, Pont. Max.* cum Constantiæ honore Pontificatus privaretur: hinc introrsus planities se pandit fœcundissima, in qua *Benicarlo S. Matheo*: *Salsadella Vallinova* & alia.

Benicasi

Peniscola.

Hæc de Arragoniæ Regnis & urbibus in Hispaniæ continenti sitis: sequuntur *insulæ ad regnum Arragoniæ pertinentes*, quarum Valentiæ Regno proximæ sunt.

2. Ba-

2. Baleares: & totidem *Pitiusæ* dictæ: *Baleares* hodie *Majorca* & *Minorica* vocantur, sitæ sub gradibus latitudinis 39. 40. longitudinis 20. 21. 22. Et quidem *Majorica* 480000. passuum ambitus est, Tribus urbibus pagisque multis, & portibus undique frequens, omnium rerum copiâ supra alias ubivis insulas abundans: frumenti, Salis, olei, vini, casei, pecudis, armentorum atque ferinæ carnis adeò ferax, ut ad exteros quoque exportentur: damarum, cervorum, cuniculorum tanta est multitudo & tam certa venatio, ut inde quotidianus carnium esus in insula unice suppleri posset: Profert & sponte, locis silvestribus, *Myrthi* salutaris ac deliriosæ magnam vim, ex cujus flore liquor omni thure Sabæo odoratior elicitur. *Baleares Ins.* — *Majorica.*

Metropolis ejus *Majorica* quoque audit, sita ad sinum maris amplum: inter 2 Promontoria influentem; quo Portus efficitur celeberrimus, & introrsus, versus urbem, tutissimus ob molem in mare, ex urbe productam, & promontorium Portopini ei è regione respondens: mediam fluvius perluit, conferens ad salubrem urbis purgationem; hortorum quibus maxime decoratur irrigationem, navium aquationem & Portus ipsius commo- *Majorica C.*

Baleares Inf. commoditatem: occupat urbs planitiem cum colle excelso; in hoc Arx est & Templum maximum ac palatium Episcopi cum ambulacro, ex quo prospectus in mare amœnissimus: tota ambitu suo continet, præter hortos, domiciliorum 6000. quo cum aliis operibus magnifice structis, urbem (quæ 10, patet Portis) omnium Europæ pulcherrimam & conspiciendam officiunt.

Minorica. *Minorica* insulæ (ab hac orientem versus sita) ambitus est 150000. passuum, altis montibus & nemorosis undique cincta: mediterraneæ vero partes, ubertate soli & pascuorum bonitate Majoricæ minime concedunt; mulos autem alit præstantissimos: unam tantum continet urbem, quæ & *Minorica* dicitur, & plures pagos; Portusque duo quorum Minoricæ urbis *Maonius* dicitur; alter *Fornella*.

Pitiusa Inf. Yvica. *Pitiusarum insularum* major olim *Ebusus*, nunc *Yvica* audit, ambitu suo 100000. passuum complectens, sita inter gradus latitudinis 38. & 39. longitudinis 19 & 20. ab continenti valentiæ 10. circiter leuc. opidum habet ejusdem cum insula nominis; ager illius fertilis, frumenti; & omnis generis fructuum ferax: hodie Salis copia abundat, qui hinc

hinc in Italiam & alias Europæ partes evehitur; nullum animal Venenatum tolerat, ac ne noxium quidem ullum, præter cuniculos, qui segetes interdum vastant & sata subruunt. *Sardinia.*

Cum tamen altera *minor, pitiusa, olim Ophiusa* nunc *Formentere* dicta, pœne deserta sit ob multitudinem serpentum quibus abundare fertur: ejus ambitus 70000. passuum. *Formentere.*

AB his insulis versus orientem occurrunt *Sardinia & Sicilia,* duæ insulæ maximæ, Regni utræque nomine insignes & ad Arragoniæ Regnum Spectantes: Harum *Sardinia* in mari Thyrreno sita est sub gradibus latitudinis 38. 39. 40. longitudinis. 32. 33. Soli quam Cœli melioris; atque ut maxime fœcunda, sic pestilens est: nullum tamen lupum aut animal veneficum alit, præter *Solifugam* exiguum animalculum, araneo simile, quod in metallis argenteis (quæ hic non desunt) plurimum est, occultim reptat, & imprudenter supersedentibus pestem facit: Producit & herbam (inter ceteras) quæ *Sardoa* audit, quam qui manducavit, ridendo moritur: unde illud; *Risus Sardonius*; Ceterum tritico, vino, pecore, armentis aliisque ad vitam necessariis abundat, *Sardinia R.*

Sardinia. abundat. *Equos* noſtris minores alit, vigiles tamen & robuſtos, tantâque copiâ, ut non pauci in ſylvis ſine certis dominis vagentur agreſtes & indomiti; Abundat & apris, cervis, damis aliisque feris, unde venatio hic dives. incolæ corpore ſunt robuſto, vili cibo ac potu contenti, & indocti fere inurbanique, advenis tamen ſatis humani.

Regimen penes Proregem fere eſt, qui fere Hiſpanus, habetque ſibi adjunctos Aſſeſſorem J. U. Doctorem aliosque Senatores.

Vrbes ejus. Cagliari. *Vrbes* pro amplitudine habet paucas; & quidem *Archiepiſcopales* 3. earum *Prima Calaris*, in extrema inſulæ parte Africam verſus ſita ad ingentis ſinus gremium inter duo Pomontoria; urbs ampla & in 4. partes diviſa; ſedes Proregis, Comitumque ac Baronum ac civium opulentiorum: Archiepiſcopi hujus *ſuffraganei* ſunt *Epiſcopi Sulcitanus*, in villa *Soloi*, & *Laſenſis* vulgo *Leſſa*.

Saſſaris. Secunda *Metropolis eſt Saſſaris*: Septentrionem & Corſicam verſus ſita in loco plano, ac litore occidentali, minus munita ſed agrum habens amœnum, frugibus optimis fertilem & fontibus pulcherrimis irriguum. Hujus *Epiſcopi ſuffraganei* ſunt: *Algarenſis, Boſenſis, Emporienſis,*

ſis, Empurias, & *Fauſinenſis* in Caſtro Arragonenſi reſidens: vulgo Terra Nova: & quidem *Algarenſis*. *Sardinia.*

Civitas *Algera* Nova eſt & exigua, ſed populoſa & munitiſſima, ac perpulchris ædificiis exculta: Incolæ fere ſunt Tarraconenſes: ſita eſt in litore inſulæ occidentali ad ſinum amplum & multarum navium capacem. *Alger.*

Boſenſis Epiſcopi civitas eſt *Boſa*, ſita eſt à litore paulatim juxta Thyrſum fl. inſulæ hujus maximum. *Boſa.*

Tertia Metropolis nunc eſt *Oriſtagnum*, in litore occidentali & loco plano, Africam verſus ſita: aërem habens inſalubrem, ob paludes & ſtagna, & inde incolis ſat infrequens. Hic *Præſul Arborenſis* audit, nulloſque habet ſuffraganeos. *Oriſtagni.*

Africam verſus infra Calarim civitatem ad orientale inſulæ latus, *Chia* jacet, ubi Portus olim Herculis fuit, uti Cluverius arbitratur. *Chia.*

Sunt & alia opida hic ignobiliora, nullam tamen hodie in Mediterraneis urbem eſſe tradunt.

SICI-

SICILIÆ
DESCRIPTIO.

Sicilia omnes interni maris insulas magnitudine juxta & claritate antecellit: quōdā (Si veteribus credimus) continens, 1400000 passus & Italiæ annexa: post terræ motu ab ea divulsa, quia,

Qualitas. cum pluribus locis sit bituminosa, ignea ac cavernosa, vētis & terræ motibus quoque obnoxia est: alias cœli clementia & soli ubertate adeo felix, uti horreum olim Romanorum dicta fuerit: non pauci sunt agri, qui ex uno modio sementis 100. reddunt vino quoque & melle optimo abundat, neque quicquam deficit eorum quæ ad vitam humanam necessaria sunt; plures habet *scaturigines* calidas & ferventes; nec *gemmarum* quarundam, sed ignobiliorum, expers est: *Marmorum* vero elegantissimorum dives. *Sita*

Situs. est in mari Mediterraneo, inter Thyrrenum & Siculum maria: interque gradus longitudinis 35. & 39. latitudinis 36. & 38. forma triangulari. unde & Trinacria veteribus & Tiquerra nuncupata fuit: Tribusque Promontoriis in mare prominet: *Lilybæo* scil. Africam Spectantē: *Pachyno*, Græciam: atque *Peloro*,

Ita-

Italiam: atque inde in 3. *dividitur Regiones*: quarum *una* dicitur *Vallis Damona* quæ Pelorum Promontorium continet, usque ad fl. Teriam & Himertam: *altera Vallis Noti*, Promontorium Pachynum spectans, ab amne Teriâ usque ad Gelam. *Tertia Vallis Mazara*, in qua Lilybæum Promontorium. *Sicilia tres.*

Plures continet civitates: quarum *Princeps Panormus, caput Regni* & *Proregis sedes*; *urbs* ampla ac spatiosa, hominum multitudine, ædificiorum superbia, civiumque opulentia insignis: & *Archiepiscopali* sede nobilis: *situ* quoque amœna, juxta Formosum fl. ab una parte mare Thyrrenum ab altera planitiem spectans montibus cinctam, qui nullas arbores ferunt: planities vero suburbana amænissima est, *hortis & campis* (beneficio rivulorum eos irrigantium,) omnis generis fructus copiose producentibus: *Munita* quoque civitas est muris & propugnaculis altis: amplaque & firma ad mare *Arce*: *Portu* quoque gaudet tuto & amplo, unde, & mercatura floret, omnibusque rebus abundat quæ terra marique importantur: mediam urbem secat recta *Platea*, *Austria* vocata, longa 2500. passus in cujus capite *Palatium Vice-Regis* cernitur magnificum,

 multis

Paler- multis atriis & cameris, sumtuose orna-
mo. tis, distinctum ; ac Hortis egregiis amœnum : ante hoc Hispani & Germani milites præsidiarii cohortis Proregiæ excubias agunt : Dividitur vero urbs in partes 4; quarum *prima*, *urbs Vetus*, hodie *Superba* audit ; *Secunda Neapolis*, formâ dimidiatæ Lunæ veterem ambiens: *Tertia Transpapiretum* ab fl. Papireto mediam urbem secante, & moletrinas plurimas versante, aquasque suas in Portum exonerante. *Quarta* cingit totum spatium ab urbe Veteri : ambituque suo universa civitas comprehendit 4. milliaria. *Templum* ejus *Cathedrale* D. Petro sacrum, pulchritudine & rerum pretiosarum apparatu, omnia Italiæ superat: est & Templum *Collegiale S. Crucis* & aliud *D. Hyppoliti* &c.

Summum urbis *Magistratum gerit Prætor* è Siciliæ nobilitate primaria allectus, cui adsident 6. jurati sive Senatores, ex singulis urbis partibus electi.

Corri- In teritorio urbi Vicino opidum ce-
glione. lebre & dives conspicitur : quod vulgo *Corriglione* nominatur : in litore ejus Versus Messanam occurrunt *Hymera* olim urbs præstantissima, hodie à thermis
Termi- quibus celebris est *Termini* Appellatur,
ni. & Episcopali sede nobilis est ; uti & *Cepha-*

Cephaladium, civitas altæ rupi, in mare prominenti insidens, ambituque suo mille circiter passus complectens. *Ager* ejus suburbanus sæpe undis marinis tegitur: inde *Caronia* ad fl. cognominem & litus pulchrum ac amœnum sita: & *Patta*, urbs Episcopalis: & *Fornari*: Tum. *Messina.* *Cifalu.* *Caronia.* *Patta.*

MEssina, ad litus maris è regione Italiæ, in librata planitie, orientem versus venuste extensa, ab occasu collibus munita: litus maris hic inter *Rhegium* Italiæ urbem & Messinam arcus obtinet formam, & juxta illud *Charybdis* conspicitur scopulus, in freto maris hujus, navigantibus periculosus: fretum hoc inter Siciliam & Italiam angustum est & trajectus per id brevissimus: Ceterum Messina Archiepiscopali sede illustris est civitas, magnaque & opulenta ac splendida: atque emporium variarum nationum commerciis, serici imprimis, frequentissimum: *Portu* gaudens omnium tutissimo, & capace 460. & plurium navium grandium & oneratarum: *munita* insuper est mænibus firmis vallisque & propugnaculis: *forma* ejus longa magis quam lata: quippe conclusa inter montes (3. *Castella Regalia* amplectentes) & litus maris, quod ædificia fere lambit, ita ut vix angustum trami- *Messina.*

Sicilia tem relinquat: ideoque cum in latitudinem ampliari non potuerit, in longitudinem extra Portas & mænia suburbia produxit, (pagorum instar, longitudine 12000. passuum) unam tantum plateam utrinque continuis ædificiis vestitam continentia, & in plures Paroch. distincta, quas *Furias* vocant, & jurisdictionem civitatis agnoscunt in civilibus, in criminalibus vero utraque pars tam meridionalis quam Septentrionalis suum habet Capitaneum & militares ministros; siquidem armare possunt 10000. milites, quorum usus adversus Turcarum piratas est præsentissimus: urbis summus Administrator *Straticor* audit, quem privilegia antiqua indigenam esse vetant, obtinetque à multis annis *privilegia aliquot* summa: inter quæ illud: Si Rex aliquid mandet quod Syndicus urbis privilegiis ejus adversari autumet: ipse senatus opidanus judicat de controversia inter Regem & ipsos cives: ac sententiam suam super iniquitate mandati Regii per Straticorum magna solennitate publice, præconis voce, curat promulgari, & mandatum Regis suspendi, atque adeo antiquari, quód privilegium denuo Rex anno 1591. ipsis confirmavit: Porro urbs intus omnium rerum

Regimen.

copia

copia abundat: quamvis ager ejus tritici inops sit ob montes vicinos ac mare proximum: nemoribus vero abundat, & moris maxime arboribus unde & serico affluit probatissimo, quod in ceteras Europæ regiones magnâ copiâ emittitur; urbi imminet *Mons Polorus*; & 25000. ab ea passus urbs *Tauromenium* vulgo *Taurmina* se offert: & rursus hinc 25000. passus in litore, Græciam versus, *Catana*; urbs celeberrima, Gymnasio omnium disciplinarum, presertim utriusque juris; ab Carolo V. imp. mœnibus & firmissimis propugnaculis circumdata, situs ejus talis, ut una parte à mari (ubi Portum habet sed [illegible]stis lapidibus obstructum) alluatur; ceteris vero partibus Ætnæ, montis propinqui, radices usque extenditur; unde ager ejus (qui partim amplissima constat planitie frumenti feracissima, partim collibus vini feracibus) mirum in modum fœcundatur, uti cujus cineres, quos perpetuus eructat plurimum vinetis & arvis prodesse judicantur: interluit urbem amnis, *judicello*, è radicibus montis Ætnæ ortum ducens, qui fontis ejus (occulti & necdum satis pervestigati) venis interdum obturatis, peraliquot annos evanescit; & rursus subito æstu

Sicilia

Taurmina.

Catana.

Catana. prorumpens, crassiorem pestilentemque gignit aërem, atque nonnunquam inundationem cladem que haut levem urbi infert.

Leontia. Sequitur hinc *Leontium*: hodie *Carleontium* vocant, quia Carolus V. urbem hanc novam, situ mænibus & viarum amplitudine claram, erexit & in tribus vallibus & totidem collibus prominentibus: loco salubriore & munitiore quam olim posuit: Agrum habet uberrimum & frugum feracissimum. Nundinasque (7. Kal. May) annuas frequentia mercatorum omnique mercium genere insignes.

Syracusa. Sequitur *Syracusa*, olim totius Siciliæ nobilissima civitas, & simul maxima potentissimaque: hodieque & pulchritudine & Portus commoditate, mœniumque robore ac propugnaculorum munitione, cum quavis Siciliæ urbe conferri potest: at inopia incolarum laborat maxime: *Situs* ejus terra marique peramœnus; *Portubus* gaudens *duobus*, qui ita confluunt ut partem urbis, quæ Insula dicitur, angusto Canali à reliquis partibus sejungant, quas tamen Pons rursus conjungit: Habet & Arcem hæc civitas firmissimam.

Succedit ad meridionale insulæ litus

Terra

Terra Nova urbs duplex, antiquæ cujusdam urbis ruderibus superstructa, & *Ducatus* hodie titulo nobilitata. *Syracusa.* *Terra Nova.*

Agrigentum inde supra ceteras urbes magnificè caput extollit, formâ munimentis atque ornatu, itemque sede Episcopali, sub cujus Diæcesi sunt opida magna 25. distat à mari 18. leuc (ad quod tamen Emporium habet) sitaque in colle, ac undique muris cincta est, clausaque rivulis ab australi & occidentali plaga: Septentrionale latus Castellum obstruit, ut unicus tantum ad urbem aditus pateat: civibus frequens est: agro gaudet fertilissimo. *Gergenti.*

Drepanum deinde urbs cum *Portu* trans Lilybæum ad pedem *Erycis* montis occurrit, in insula pœne sita uti cujus Latus meridionale insignem illum Portum Polybio & Virgilio memoratum, maximarum navium capacem cingit: & Chersonesus, ad quam posita est, in insulam arcemque Siciliæ tutissimam est redacta: multa hic antiquissimorum monumentorum visuntur vestigia: *intus* urbs magnis lapidibus strata est, continetque 4000 lares; extus mænibus firmis atque propugnaculis ab Carolo V. Imp. egregie munita est. Agri ejus rivuli saporem habent sulphuraceum & *Trepane.*

Sicilia variis morbis opem ferunt: sunt & Thermæ 1000. passus ab urbe, & prope eas *Scamander* amnis antiquus, qui hodie *D. Bartholomæi fluvius* audit.

Mazara. Sunt & alia minora opida pœne ad litus maris sita uti *Mazara* urbs cum Castello, cujus ager vini, olei, & pecoris exuberans est, & alia.

M Regale. *Inter Mediterranea* potiora sunt *Mons regalis* una, ex tribus Insulæ Archiepiscopalibus Metropolibus: *Centuripa*, olim urbs maxima, nunc raris habitata colonis: ejus ager fertilis est & croci magnam fert copiam; *Rayhalbutium* honestum opidum, Saracenici nominis, emporium frumenti Mediterraneum. *Agyrum* in alto monte situm; *Assorum* in edito quoque monte positum opidum, titulo gaudens Comitatus.

Centorbe.

Assorum.

Enna. *Castrum Ianni*, urbs infinitis memorata est auctoribus antiquis, uti in cujus agro florido, amœno ac fertili *Proserpinam* à *Plutone* raptam passim tradunt; hodieque ex primariis una est Siciliæ civitatibus; arcem habens insignem, monti excelso & undique prærupto instructam. Ipsa urbs incolis frequens est sita in umbilico quasi insulæ, famam habens à *Cereris Templo* & ejus simulacro antiquissimo, ad posteriora usque tempora, integro.

Cetera opida sunt *Trayna* in alto colle sita. *Gagliano* Vice Comitatus titulo nobile & situ, in rupe, munitum. *Capizzi*. *Nicosia* populosum & magnum opidum, cujus incolæ etiamnum Sermone Lombardico & Gallico, etsi corrupto, utuntur: *Polizze* novi nominis, at ingens & locuples opidum, inter duo capita, Himeræ fluvii structum. *Yolisano* comitatus titulo insigne opidum: *Adorno* 7000. passus ab Ætna ignivomo monte distant: & alia. *Sicilia* *Trayna.* *Nicosia.* *Polizzo.* *Adorno.*

Adjacent Siciliæ parvæ aliquot Insulæ quæ *Æolides* dictæ, Septentrionem versus inter Italiam & Siciliam sparsæ. Harum maxima *Lipara* audit, in qua civitas episcopatu nobilis: ceteræ dicuntur *Thermissa*, *strongyle*, *Didyme*, *Ericusa*, *Phænicusa* & *Euonimos*. *Æolida insula.* *Lipari*

Atque hæc breviter de Hispaniæ Regnis & Insulis ei vicinis, Regnorumque appendicibus scripta sufficiant.

Hispania Deliniatio, per vias sive itinera.

De Narbona à Valencia.	*mil.*	*pag.*
à Ville False.	4	
Fiton.	3	62
Salses, fortal.	4	61
Perpignano.	4	
Volone.	4	
Loscarmovo.	4	
Bascara.	4	
Girona.	4	61
Casa bianca.	4	
Ropita.	4	
S. Saloni.	4	
La Rocca.	4	
Moncada.	2	
Barcelona.	2	59
Castel del Fez.	4	
Garaf.	1	
Villa nuova.	3	
Tamarit.	4	
Tarragona.	1	59
Cambrilles:	2	
l'Hospedal.	1	
Perello.	3	
Tortosa.	3	60
La Galera.	2	
Staletta.	3	
Salsadilla.	3	
Cabanes.	3	
Villa Reale.	3	
Morviedro.	3	66
Valencia.	4	63

	mil.	pag.
Di Valen. à Granada.		
Cattaroia.	1	
Silla.	1	
Al Musace.	1	
Al Gemesi.	2	
Al Zira.	1	
La Puebla.	1	
Xativa.	1	65
Valada.	1	
Al Muxent.	1	
La Puenta la guiera.	1	
Al Candete.	2	
Tyelca.	3	
Jumilla.	4	
Calasparra.	5	
Murcia. 7		40
Caravaca.	5	
La Venta moral.	4	
Huesca.	3	
Baza.	4	36
La Venta Bahul.	3	
La Va de Guer.	2	
Guadix Acci.	3	36
Los bagnos della Pica.	2	
Aquas blancas.	3	
La Va Chimada.	2	
Yveas.	2	
Granada.	2	34
De Granada à Sevilla.		
à La Va del fresino.	1	
Pinos.	2	
Puerto Lope.	2	
Sequia.	1	
Alcala Real.	1	32
Aravita.	2	

	mil.	pag.
Vaena.	1	
El Moron.	1	
El Portasgo del Buer.	1	
Baena.	1	32
Castro Rio.	2	
La Va Himistosa.	2	
La Va del Carascal,	2	
Cordoua.	2	32
La Va de Romanos.	2	
La Va de S. Andrea.	2	
Las Posadas,	3	
La Va.	2	
Pena Fior.	2	
Lotra.	2	
Villa nueva.	2	
Tosina.	2	
Bogedun.	2	
Sevilla.	2	24
Palacios.	5	27
Alcantarilla Va.	2	27
Las Cabecas.	1	28
Lebrixa.	3	28
S. Lucar.	3	28
Yl Puerto de S. Maria.	5	29
Puerte Real.	2	29
Medina Sidonia	2	29
Cadiz.	3	29
De Sevilla à Lisboa.		
Castilegia.	1	
Las Ventas di Giner.	[illegible]	
Aspartines.	1	
S. Lucar del Pascin.	2	
La Va. de Hunal.	1	
El Castileio.	1	
Manzanilla.	1	

Villa

		mil.	pag.
Villa Alva.		1	
Vllla Rasa.		1	
La Palma.		1	
Niebla.		1	30
Triguexos.		3	
Aveas.		2	
Portalguillo.		3	
Alqueria.		5	
Portemogo.		3	
Serpa.		6	
Beja.	3		14
Guba.		5	
Ottarano.		5	
Alcacerre do Sal.		5	
Palma Rio.		1	
Marateca Rio.		2	
A Goalva.		3	
Palmella.		1	
Styva, Setubal.	2		13
Couna.		3	
Almada : passerio		2	
Lisboa.		1	10
De Lisboa à Salmanca.			
Aldea.		3	
Rio Frio.		2	
Landera. v.		4	
Palla.		3	
Silveira.		2	
Monte Major: Maro podo.		2	
Rafolos.		4	
La Va del Duca.		3	
Estremos.		3	
Veyras.		2	
Montforte.		4	
Roncias.		3	

	mil.	pag.
Albuquerque.	2	
La Va Alorca.	3	
Roſo del Puerco.	3	
Caſal de Caceres.	4	
Las barcas del conneſta.	2	
Cagnareval.	3	
Gorgiera.	3	
Galiſteo.	2	
Carcaſſones.	3	
Alcantara. 67		
La Va del Cappera.	4	
Piacenzia.		
La Va Malabriga.	3	
Aldea Nueva.	3	
Bagnos.	3	
La Calzada.	2	
Ginguella.	3	
La Maja v.	4	
Alva de Tormes.	3	43
Salamanca.	3	43
De Salmanca à Burgos.	2	
à La Vintilla Va.	3	
Las Vittorias.	3	
Canta la Pietra.	3	
Carpio.	3	
Medina del Campo.	3	43
La Va.	3	
P. de Duero rio.	2	
Vagliadulid.	3	42
Cabeſone.	4	
Duennas.	3	
Magas.	3	
Torquemadas.	4	
La Va al moral.	3	
Villa Nova.	4	

Tran.

	mil	pag.
Trantidos.	3	
Burgos.	2	
Caſtel de Pontes.	2	
Monaſt: de Rodeglias.	2	
Bribieſca.	3	
Pauco ruo.	4	
Miranda d'Eſteo.	3	
La Puebla.	4	
Vittoria.	5	50
Salvatiera.	3	
Monte S. Adrian.	3	
Segura v.	4	
Villa franca.	2	
Toloſetta.	2	
Renteria.	3	
Irum.	3	
Fuentaravia. 1		49
S. Jean. de Luz.	4	
Bajona.	4	

De Burgos à Pampeluna.

Garbadel.	2	
Yveas.	1	
San du Eldo.	2	
Val de Huntes.	1	
Viglia Franca.	2	
Todos los Sanctos.	1	
Delorado.	1	
Viglia Mieſta.	1	
Rocediglio.	1	
Gragnon.	1	
S. Domingo de la Calzada.	1	
Nagiara.	3	
Heremita de S. Antonio.	1	
Navarette.	1	

Logronne

	mil.	pag.
Logronno.	1	41
Viana.	1	
l'Aco del Re.	4	
Oriola.	2	
Stella v.	2	51
Pueuta la Reina.	4	
Tampeluna.	5	51
Pont de Paradis.	5	
Roncevallos.	4	51
S. Iean Pied de Port.	3	51
S. Palais.	3	
Sauveterre.	2	
Pont d'Orthes.	3	
Orthes.	2	
Bourg Arbecq.	2	
Miolans.	3	
Noya.	2	
Malbourget.	2	
Marsiac.	2	
Montesquiou.	3	
Baran. 2.	4	
Aur. 2		
Ouinet. 3.	5	
Gimont 2		
l'Isle Jourdain.	4	
Tholouze.	4	

De Burgos à Saragoza; Barcelona.

Logronno.	20	41
Goncillo.	2	
Al Canadre.	3	
Morille.	2	
Calahorra.	1	
Aldea nuova.	2	

Alfaro

	mil.	pag.
Alfaro.	2	
Tudela.	2	
Cortes.	2	
Maglien.	2	
l'Utzzeniche.	4	
Pont al Agon.	2	
Saragosa.	8	55
La Puebla.	3	
Offera.	4	
S. Lucia.	3	
Candelnos.	3	
Burjalajos.	3	
Fraga.	3	
Alcaraz.	4	
Lerida Ileyda.	4	60
Beglios.	2	
Belpuig.	2	
Terrega.	2	
Hostelettes.	2	
S. Maria del Camin.	3	
Ygualoda.	3	
Piera.	2	
Masquesa.	2	
Martorel.	2	
S. Filio.	2	
Barcelona.	2	59

De Burgos à Bilboa.

	mil.	pag.
La Va Horones.	2	
Monast de Rodiglios.	3	
Castiglin da Peones.	1	
Va da Pradanos.	-	
Birviesca.	1	
Brisalegna.	1	
Siveda.	1	

Pan.

		mil.	pag.
Pancorno.		2	
S. Gadea.		3	
Berguanda.		1	
Effegio.		1	
La Venta.		1	
Baruerana.		2	
Hordugna.		2	
Lusoiandro.		2	
Lodlo.		1	
Miravaglis.		2	
Rigoriaga.		1	
Bilboa.	*portus.*	2	48
Castor.	*portus.*	5	
Laredo.	*portus.*	5	44
El puetto.		2	
Praves.		2	
S. *Andero. Portus.*		2	44
Lestras.		2	
Homillas.		3	
S. Vincente.		2	
L. Lanes.		5	
La Va de Luarco.		2	
Villa Vitiosa.		2	
Aviles.		3	
La Va del Condo.		2	
Leon.		2	44
De Leon à Compostella.			
à S. Michel.		4	
Ponte del aqua.		4	
Astorga.		5	44
Ravanella.		4	
Villa nuova.		2	
Sette molini.		3	
Ponferrade.		3	

Caca-

	mil.	pag.
Cacabelos.	2	
Villa franca.	1	
Salvaterra.	4	
Malafava.	5	
Tres Castellas.	3	
Villa nuova.	4	
Porto marin.	4	
S. Jacomo novelle.	4	
S. Leuner.	3	
Villa Novà.	3	
Villa Rossa.	1	
Compostella.	1	46
De Leon à Toledo.		
à Manxilla.	3	
Monast. de Vego.	5	
Villalon.	3	
Cuenca.	-	21
Moral de la Reina.	1	
Medina del rio secco.	3	
Valverde.	1	
Castromonte.	1	
Villar.	2	
Vagliadulid.	4	42
Pont de Duero.	3	
La Va.	2	
Medina del Campo.	3	
Atachinas.	4	
à Revalo.	3	
Pasiares.	3	
Segovia. 4		42
Alla Vagos.	2	
Segovia. 1		42
Villa Castin.	3	
l'Escurial.	3	65

			mil.	pag.
Aqua de Ramos.			3	
Torre di Lodoner.			4	
La Rosa.			2	
Madrid:	vel à		2	18
Scietafe.	Architaraf.	2	2	
Humanegios.	Torres Xonci-		3	
Illiescas.	glias.	3	2	
Giunchilios.	Vigl. longa.	3	1	
La Venta.	Oriel.	3	1	
Covignas.	*Tolede.*	3	1	
Olies.			1	
La Va del Promutor.			1	
Toledo.			1	17

De Toledo à Sarogosa.

	mil.	pag.
à Madrid. uts.	13	
La Va de Biveros.	3	
Torrenzuncillos.	3	
Alcala des Henares.	1	20
Guadalajara.	4	20
Tortosa.	2	
Hitta.	2	20
Padilla.	1	
La Casa.	1	
Miralrio.	1	
Burcaloro.	1	
Los Molinos.	2	
Veydes.	1	
Siguenca.	2	20
Fonoaliente.	3	
Medinaceli.	1	20
Arcos.	2	
Huerta.	2	
Monreal.	1	
Hariza.	1	

	mil	pag.
Luna.	1	
à Lama.	1	
Ubierca.	1	
Tocca-	1	
Terrez.	1	
Catajalud.	1	56
El Fraxino.	2	
l'Almogna.	3	
Romera.	3	
La molla.	2	
Saragossa.	4	55
De Toledo à Valence.		
à La Va Yepes.	4	
Occagna.	4	
Franeon.	3	
Horribua.	3	
Salires.	3	
Villar de Cagno.	4	
Puente tala Velas.	5	
Benaqua.	3	
Campillo.	4	
Passagio.	5	
Requegna.	6	
Siettaquas.	3	
Quiva.	4	
Valentia.	5.	65
De Toledo Alicante.		
à Nambrocca.	2	
Almonacid.	1	
Bogas.	3	
Flembecque.	2	
Villa Cannas.	3	
La Puebla de domefredique.	2	

La

	mil.	*pag.*
La Puebla.	1	
El Touoſo.	2	
Mangia Vacca.	2	
La Meſas.	1	
El Provincia.	3	
Villa minaia.	4	
La Ruelda.	3	
La Ginetta.	3	
Albacete.	3	
Chinchilla.	3	
Xetrunella.	3	
Guazza.	3	
Monte allegre.	1	
La Va Giouan Gil.	2	
Yecla.	2	
Villena.	4	
Elda Elche.	3	
Monforte.	2	
Alicante.	4	65

De Toledo à Sevilla.

à va doſma.	3	
Levanes.	3	
La va de Roſatan.	4	
Malagen.	4	
Cividad Real.	4	22
Canal veches.	3	
Mo douar del Campos.	4	
La va del Arcaire.	4	
La va del Reogal.	3	
La va. de locos dames.	4	
Ynojoſa. 31		
Aldamua,	3	
Cordoua.	5	39

Las

	mil.	pag.
Las Paſadas.	7	
ſup. col, 3		
Ecya.	2	31
Fuentes.	2	
La va de palmar,	3	
Carmona.	2	26
La va. zonchera.	2	
La va. paromingo.	1	
La va· de l'orſa.	-	
La va de las ſtaderas,	-	
La va de Torres blanc,	1	
Sevilla.	1	24
De Sevilla à Malaga.		
Mairena.	4	
La va. odino.	2	
La va de la Huerta.	1	
Marchena,	2	31
La va.	2	
Oſſuna.	2	31
Va del rio blanco.	1	
Va de las yeguas.	3	
Va de las Salinas.	1	
Va de las penayas.	1	
Va. del Rio.	1	
Lora.	1	
Venta.	2	
Va. Cartama.	1	37
Malaga.	2	38
Molina.	3	
Fuengirola.	2	
Marbella.	4	38
Stopona.	4	
Guadalaira.	2	

	mil.	pag.
Gibraltar.	2	
Algezira.	2	
Tarifa.	2	
Va. del Marquis.	3	
Vegel.	1	
Conil.	.	
Cadiz.	2	29

